



**R. Patris, Francisci Svarez, E Societate Iesv,
Metaphysicarvm Disputationvm, In Qvibvs Et Vniversa
Natvralis Theologia Ordinate Traditvr, Et Qvæstiones Ad
omnes duodecim Aristotelis Libros ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ ; [Coloniæ Agrippinæ], 1630

Disp. VI. De vnitate formalī & vniuersali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94135](#)

tis modernis scriptoribus doctissimis placere video. Tolerus enim 8. Physic. quæstio. 3. conclus. 2. rat. 3. ex hoc colligit libertatem primæ cause, quod pro sola voluntate sua determinat causas secundas ad individuos effectus. Fonseca etiam 1. Metaphys. cap. 2. quæstio. 3. sect. 8. dicit; in quibusdam effectibus necessarium esse recurrere ad diuinam de terminacionem & præfinitionem, quod repetit lib. 5. cap. 2. quæst. 9. sect. 2. rat. 6. qua probat essentialē dependentiam causarum secundarum à prima in agendo, & idem docent Copulata Coniubrionalib. 2. Physic. capite 7. quæst. 15. artic. 2. Tum etiam, quia non est voluntarium, nec præter physicam & naturalem rationem, quod causa prima iuuet causas secundas, & supplet defectus earum in his rebus, in quibus ipse videtur deficiere: in præsentem autem videtur eis deficer modus, quo determinari possint ad quosdam effectus singulares potius, quam ad alios. De qua re iterum infra disp. de causis. Nunc igitur iuxta illam sententiam consequenter dicendum est, Deum determinans concursum suum cum causis secundis semper ad nouos, & distinctos effectus producendos, non verò ad producendum iterum effectum, qui prius fuit, & iam esse dedit.

VIII. Sed inquiretur merito ab huius sententia aucto-ribus, unde constet, causam primam hoc modo concursum suum determinasse: aut enim hoc erat aliquo modo debitum ipsis causis secundis, seu fundatum in connaturali modo agendi earum, vel est ex sola voluntate Dei, sicut quod determinetur productio ad hoc individuum potius, quam ad aliud. Si dicatur hoc secundum, cum talis voluntas Dei reuelatione non habeatur, incerta prorsus res erit, cum ratione ostendi non possit, neque ex aliquibus principiis naturalibus deduci. Si vero dicatur primum: ergo primaria & quasi ultima ratio huius determinationis non est ex diuina voluntate, sed ex natura causarum proximarum: & hoc est, quod inquirimus, quo modo in natura cause proximæ possit hoc fundari. Maxime si non fundatur illa determinatio ad hunc numero effectum producendum, potius quam ad alium.

IX. Propter hoc dicere posset aliquis causas secundas, & finitas semel tantum (ut ita dicam) continere in virtute sua quilibet singularem effectum, & ideo postquam talis causa semel aliquem effectum produxit, non relinquenda virtutem ad producendum iterum illum effectum, neque ad iterandam actionem, per quam illū produxit, quia per primam productionem veluti exhausta est eius virtus, quatenus ad talis numero effectum terminari potest: sed hoc est gratis & sine probatione dictum, & intelligentiam non potest: nam virtus activa per se, & quatenus talis est, non operatur per aliquam sui diminutionem, vel immutationem, sed per immutationem, vel productionem alterius. Unde tamen integra, & perfecta manet efficacia eius, ac si nihil produxisset: ergo ex vi productionis semel facta non manet impotens ad eandem iterum atque iterum faciendam, si aliunde non est repugnancia ex parte ipsius effectus. Hac enim ratione quilibet potentia activa, quantumvis finita, potest successivè agere in infinitum, si integræ perseveret in suo esse: quia manet etiam integra in efficacia sua, & ex parte effectus illa successio, vel multiplicatio in infinitum non repugnat: ergo idem erit, quod reproductionem eiusdem effectus, si ex parte eius non est repugnancia. Quod ideo dico, quia postquam semel res producta est, & in esse permanet, non potest iterum ab agente produci, quamvis integræ maneat eius virtus activa, quia ex parte effectus repugnat, saltem ex natura rei. Quod vero id, quod non est, fiat, ex parte ipsius repugnare non potest, etiam si antea fuerit. Quid enim hoc obstat? ut iterum fiat, si iam non est? Cum iam tantum distet ab esse, ac si nū-

quam fuisset. Ergo si aliunde virtus activa manet integra, non potest ex inefficacia eius ratio huius recessitatis sumi.

Addi ergo tandem potest, agentia naturalia, quae ex se habeant virtutem quasi generalem & indiferentem ad plura individua eiusdem speciei, tamen ex se postulare certum modum, & ordinem in usu & exercitio talis virtutis, ita ut natura determinata sit ad agendum hie & nunc in tali subiecto tale individuum, & post illud aliud, & post hoc alterum, & sic de reliquis: nam ipsam naturam postulare videtur hanc determinationem, & ordinem, ne in se inuoluant quandam perplexitatem & confusione. Hinc ergo prouenit, ut nunquam in agendo ad eundem effectum redeat, sed semper nouum producat. Quem modum dicendi in loco predicto elegi, quia in re obscura & difficulti nihil occurrit, quod omnino satisfaceret, neque nunc etiam se offert. immo hoc ipsum, quod natura talium agentium tribuitur, non videatur posse satis fundari aut explicari: nam cum naturalis vis agendi sit ex se simplex & eadem omnino, non apparet, quomodo in illa possit fundari haec naturalis determinatio, aut unde constare possit. Nec circumstantia extrinseca ut sic, ad hoc iuuare possunt, ut supra ostensum est de tempore: est omnino eadem ratio de loco, quatenus dicit extrinsecam superficiem, vel habitudinem ad extrinseca corpora. Patendum ergo est, vel hoc pendere ex sola diuina voluntate; vel, si aliquam habet causam naturalem, nobis esse occultam, & ad summum dici posse, cum haec virtutes naturales ad multiplicationem individuorum ordinentur, eamque naturaliter intendant, esse magis consentaneum naturis eorum, ut semper concursum recipiant ad nouos effectus. Hac enim de causa, non solum in Dei voluntate, sed in ipsis etiam naturis rerum fundatum est, quod in hominum generationibus semper nouæ animæ producantur, & non vniuersitatem corporibus, quæ semeliam creatae, & separatae existunt.

DISPUTATIO VI.

De unitate formalis, & uniuersali.

Post unitatem individuam seu numeralem, dicendum est de formalis, & co sequenter de vnuersali, quæ numerali quodammodo opponitur, nam hec includit incommunicabilitatem respectu inferiorum, illa vero intrinseca requirit naturam multis inferioribus communicabilem. De his ergo formalis & vnuersali unitatibus videndum in primis est, an sint aliquo modo reales, & an sint diversæ unitates, vel in vnam aliquo modo incidentes. Item quotuplex vnaquaque sit, & quod sit in rebus vnuersuali principium: ac denique, quomodo, & per quam operationem intellectus consummetur.

S E C T I O N I

Virum sit in rebus aliqua unitas formalis distincta a numerali, & minor illa.

Pratio dubitandi est, quia dictum est in præcedente disp. omnes res, quæ sunt in mundo esse individus, ita ut repugnet esse in rebus aliquod verum ens, quod individuum, & singulare non sit: ergo neque esse potest in rebus aliqua unitas vera, & realis præter numericam, seu individualem entitatem. In contrarium autem est, quia vnum nihil aliud est, quam ens individuum, ut Aristoteles ait 4. Metaph. tex. 3. & lib. 10. text. 2. sed præter individuo-

I.
Dubitandi
vnuersal-
itatis
ratio,

III.

L 4 nem

nem numericam individualis, quae materialis dicitur, datur in rebus individualiis essentialis seu formalis, quo modo plures homines, v.g. quamvis materialiter seu numero distincti sint, sunt tamen eiusdem essentialis, & naturae: ergo praeterea unitatem numeralem datur in rebus unitate formalis.

In quo antores conueniant, veldissent.

II.

In hacre Thomistae & Scotistae conueniunt docentes dari in rebus formalem unitatem aliquo modo distinctam à numerali. Ita Scotus in 2. distinctione 3. quest. 1. & 7. Metaphys. quest. 10. & ibi Anton. Andr. quest. 17. & Caietan. de ente & essentia, cap. 4. quest. 6. & Soncin. 7. Metaph. quest. 4. dicit, naturam considerat secundum se, id est, ut praeindicat ab esse, quod habet in individualiis vel per intellectum, habere aliquam unitatem, & idem sentit Iauell. libr. 8. Metaph. quest. 13. imo D. Thom. videtur aperte hanc sententiam docere opus. de natura generis. cap. 7. quod non potest esse verum, nisi de unitate formalis, quia individualis esse non potest, cum dicatur natura sic sumpta praeindicare ab esse individualium. Sed in modo explicandi hanc unitatem formalem dissentient praedicti auctores: videntur autem differentia in duobus possumus confidere. Primum in hoc, quod Scotus hanc virtutem formalem, seu naturam ipsam, ut formaliter unam censet esse formaliter, & ex natura rei distinctam ab unitate seu differentia individuali. Alij vero existimant, solum distinguunt ratione: quorum sententia nobis magis probatur, ut disput. precedent. sect. 2. tractatum est, & in sequentibus sectionibus iterum attingemus. Secundo differunt in hoc, quod Scotus non censet, unitatem hanc formalem, seu naturam prout habentem hanc unitatem formalem, multiplicari numero in ipsis individualiis, sed omnia individualia eiusdem natura habere unam & eandem formalem unitatem, unam (inquam) non tantum ratione, sed re ipsa, seu naturam, prout in re ipsa existit in multis individualiis, habere unicam formalem unitatem. Alij vero existimant in singulis individualiis habere naturam formalem unitatem ratione distinctam à numerali, hæc vero multiplicari in individualiis cum unitatibus individualibus, & consequenter non esse unitatem aliquam, quæ secundum veram unitatem realem eadem sit in multis individualiis, sed solum secundum quandam conuenientiam, vel similitudinem. Et in hoc etiam puncto hæc posterior sententia magis probatur. Quamvis aliqui existimant differentiam esse in modo loquendi: nam, quod Thomistæ vocant distinctionem rationis, Scotus & alijs vocant formalem, & quod illi appellant conuenientiam, vel similitudinem, Scotus vocat unitatem: sed quidquid sit de huius, vel illius auctoris intentione, non satis explicitum, quænam sit distinctio ex natura rei, quæ negamus interuenire inter individualium & communem essentialiam: negamus enim omnem distinctionem, quæ in re ipsa quoque modo actu esse possit ante mentis functionem. Atque eodem sensu, & proportionali ratione loquendum est nobis de unitate, quæ distinctioni opponitur, eum quærimus, an natura, vel secundum se, vel in re ipsa, secluso omni actu intellectus, talem habeat unitatem formalem, quæ sit vera & realis unitas, ut eandem omnino habeat, & retineat in omnibus individualiis.

Fundamenta prioris sententiae.

III.
Primum.

VT autem veritas melius explicetur, aliquo modo suadenda est Scotti opinio. Primo, quia Aristot. 5. Metaph. tex. 8. & 12. inter modos unius ponit unitatem speciei, & generis, quatenus aliquo modo unitates reales sunt: nam ibi non erat sermo de intentioni-

bus rationis, sed de unitate, quæ est passio entis, quæ necesse est, esse aliquo modo realem: unitas autem speciei & generis potest maxime esse realis propter unitatem formalem. Vnde 7. Metap. text. 51. ait idem Aristot. eandem esse rationem animalis in omnibus speciebus, & 2. de anim. tex. 88. ait, eandem esse naturam diaphaneitatis in aere, & in aqua.

Secundo ratione sumpta ex D. Thom. supra: quia natura humana, quæ in Petro & Paulo existit unita, & propriissima definitione potest definiri, ut per se notum est: ergo ut sic, habet aliquam unitatem: sed non habet illam per intellectum: ergo ex se, ergo est vera, & realis unitas. Prima consequentia constat, quia nihil definiri potest, nisi quatenus unitum est, teste Arist. 4. Metaph. tex. 10. 7. Metaph. tex. 13. Minor probarat, quia natura non habet ab intellectu, quod sit definitius, sed ex se: ergo neq; ab intellectu habet illam unitatem, quæ ad definitionem necessaria est: omne autem id, quod conuenit naturæ, & non per intellectum, est realis, vel positivum, vel per modum priuationis, quod satis est ad unitatem, quæ in priuatione formaliter consistit.

Vnde argumentor tertio, quia unitas consistit in individuali, sed natura humana ex se habet formalem divisionem: ergo ex se habet unitatem formalem. Minor patet, quia humana natura ex se non habet divisionem formalem: quia, si ex se illam haberet, vivere & semper illam haberet, nec posset sine illa concipi: concipiatur autem optime sine tali divisione: ergo ex se non haberet illam: ergo ex se habet individuali. Unitas enim in hac divisione in uolu repugnat: quia nihil est positivum, sed negativum, nec individuali ut sic potest alicui alter conuenire quam per negationem divisionis, ergo si ex se habet hanc negationem divisionis, ex se habet divisionem: ergo & unitatem, quæ in divisione consistit. Et confirmatur ac declaratur, nam, si ex se habet negationem divisionis: ergo repugnat illi divisione: quia id, quod ex se conuenit naturæ, est inseparabile ab illa, & ideo contradicitorum eius semper illi repugnat: ergo carentia divisionis intrinsece illi conuenit, & consequenter positivum conuenit, quantum conuenire potest ratione fundamenti. Dicetur fortasse, natura ex se nec divisionem, nec non divisionem formalem conuenire, sed esse quodammodo indifferentem ad utrumque; sicut superficies ex se, neque alba est, neque non alba: sed negativa tantum potest dici, non est alba. Quo sensu videntur intelligenda illa communis responso, quod individuali, seu negatio divisionis, non conuenit natura ex se positiva, sed negativa: hi enim termini non cadunt super individuali, sed super hoc, quod est se conuenire, ita ut sensu sit, naturam non postulare ex se divisionem, neq; etiam ex se postulare divisionis carentiam, vel unitatem. Hoc enim sensu recte potest negatio interdum conuenire alicui ex se positiva, interdum negativa, nam carentia rationalitatis animali ut sic, conuenit ex se negativa, bruto autem conuenit ex se positiva, quia ita conuenit, ut positiva forma opposita illi repugnet. Sed contra hoc in isto, nam etiam in hoc sensu videntur natura ex se positiva individualiter, nam ita habet ex se negationem divisionis, ut omnino repugnet illi divisionis formalis, quamquam enim in individuali materialiter dividatur, non tamen formaliter, quia formaliter individuali nihil aliud est, quam diuidi essentialiter, homo autem v.g. essentialiter diuidi non potest, quamvis materialiter diuidatur in plura individualia.

Vnde argumentor quarto, quia natura humana, v.g. dese ac positiva est ens: ergo de se & positiva (in sensu

seni dico) habet aliquam unitatem, & non materialem, seu individualē, vt supra late probatū est, & est per se notum, quia alias non posset multiplicari numero, imo nec vere concipi sine unitate numerali: ergo saltē formalē, quia non potest aliud medium excoxitari. Primum antecedens manifestum est, quia ens intrinsecē & essentialiter conuenit non tantum rebus singularibus, sed etiam naturis, quae à nobis vniuersaliter concepiuntur: nam illæ nec sunt omnino nihil, neq; ex se sunt plura entia individualia, quia non includunt proprias singularitates, seu principia individualia, sed solum essentialia principia: ergo unaquæcū natura ex se, neq; est plura entia, neq; omnino nihil, sed ens realē, & consequenter unum quid aliquo modo, quia ad omne ens consequitur aliqua unitas. Et confirmatur, quia natura humana & equina, ex se, & seclusis omnibus individualibus principijs sunt plures & distinctæ realiter & essentialiter: ergo unaquæcū carum ex se est una formaliter & essentialiter, nam multitudine supponit unitates, & diuisio ab alijs supponit individualē in se.

VII.

Aque ex his vltius concludi potest hanc unitatem formalem esse communem omnibus rebus individualibus, quibus natura, quæ dicitur formaliter una, communis est: quia non potest natura esse communis, nisi unitas eius communis sit. Item, quia hæc unitas formalis non habet, per quid dividatur in plures unitates. Aut enim dividitur in plures unitates formales: & hoc non, quia de ratione eius est, vt sic formaliter dividua, & in hoc cōsistit eius unitas. Aut dividitur in plures unitates materiales, & individualias; & si non dividitur ipsa unitas formalis vt hic, sed cōmunicatur multis, quod intendimus. Tādem, quia alias non posset distinguiri in ipsis individualibus unitas formalis, & individualis: in quo enim distinguerentur, si ambae multiplicarentur numero? Nā, quid hoc modo multiplicatur, individualium est.

Vera sententia confirmatur.

VIII.

VT vero contraria & veram sententiam explicemus, dicendum est primo, dari in rebus unitatem formalem per se conuenientem vniuersalē essentia, seu natura. In hoc omnes conueniunt, & hoc probant argumenta facta in fauorem Scoti. Itē, quia, cū unitas dicat carētiā divisionis, quot sunt divisionum genera, tot poterunt esse unitatum: sed in rebus est diuisio materialis, & formalis, seu entitatiæ & essentialis, ergo similiter erit unitas formalis præter materialē. Tandem quodlibet individualium, v.g. Petrus, non solum est unus numero: sed etiam est unus essentialiter: & utramq; unitatē habet in re ipsa, & non per mentis cogitationem: nam, sicut à parte rei caret divisione numerali, ita etiam caret divisione essentiali, sive specifica, sive generica: unitas autem formalis nihil aliud est, quam unitas essentialis: ergo.

IX.
Unitas formalis à singulari per rationem distinctionis.

Secundo dicendum est, hanc unitatem formalem ratione saltē distinguiri ab unitate individuali. Hoc etiam probant argumenta pro Scoto facta. Et patet breuiter, quia natura communis est aliquo modo, saltē ratione, distincta ab individuali, & vt sic distincta, non habet unitatem individualē, retinet autem unitatem formalem: differunt ergo unitates saltē ratione. Item unitas individualis non conuenit essentiæ communi per se ipsam, sed operet intelligere aliquid additum, saltē ratione distinctum, quo illa essentia communis individualia fiat: unitas autem formalis per se immediate conuenit ipsi essentiæ communi absque ullo addito etiam secundum rationem. Tandem hac ratione non potest intelligi essentia, quin illam comittetur hæc unitas formalis, à qua omnino præscindi non potest, cum tamen possit præscindi ab unitate individuali: sunt ergo hæc unitates ratione distinctæ, ad eum modum, quo in individualibus distinguuntur essentia vt essentia, & vt talis individualia ac singularis entitas.

Vnde dico tertio: Haec unitates non distinguuntur à parte rei, seu ex natura rei. Hæc conclusio sequitur Non distinguuntur ex dictis præcedente disputatione. Et probatur, quia *unitas ex essentia communis*, & entitas singularis non distinguuntur ex natura rei, sed ratione tantum: ergo neque unitas formalis & individualia possunt ex natura rei distinguiri, sed ratione tantum. Præterea natura ipsa, licet a nobis secundum se considerari possit, id est, secundum ea, quae illi ex se conueniunt, vt ratione præscinditur ab individuali, tamen huiusmodi natura non est verum ens realē, nisi in individuali, quia destrutis primis substantiis, impossibile est aliquid remanere, vt dixit Aristot. in cap. de substantiis, quia extra individualia nihil potest habere existentiam realē, sine qua nullum esse potest verum ens realē, vel actū vel potentia, iuxta superius dicta de ente: natura ergo secundum se nō habet realitatem, nisi in individuali: ergo neque unitatem veram & realē habere potest, nisi in individuali: ergo nec potest habere unitatem formalem, quae in re ipsa sit ex natura rei distincta à singulari unitate vniuersaliter individuali. Patet hæc vltima consequentia, quia quicquid est in re individualia intrinsecum & essentialiale illi, non distinguitur ex natura rei ab illa.

Ex his concluditur quartu hanc unitatem formalem, prout existit in rebus ante omnē operationem Unitatis formalis non esse communem multis individualibus, malis prout sed tot multiplicari unitates formales, quot sunt in re ex his, individuali. Probatur primo, quia hæc unitas formalis incommunis comitatur naturam secundum se, sed in re non est aliquia natura communis, sed tot multiplicantur naturæ & essentia, quot sunt individualia, vt ex supra dictis patet, & dicemus iterum in sequentibus: ergo ideiē est dicendum de unitate formalis, quae est veluti intrinseca, & transcendentalis proprietas talis naturæ: & ideo se mutuo consequuntur, &, multiplicato uno, multiplicatur alterum, iuxta doctrinam Aristot. 4. Metaph. text. 3. Secundo, quia unitas formalis à parte rei existens non distinguuntur ex natura rei ab unitate individuali, vt dictum est: ergo necessitate est multiplicari in re ipsa, multiplicatis individualibus, & unitatis individualibus eorum: ergo nulla est unitas formalis in re ipsa communis multis rebus eiusdem naturæ. Probatur prima consequentia, quia, si unitas formalis & individualis ex natura rei non distinguuntur: ergo in unoquoq; individuali, in Petro, v.g. unitas formalis & individualis eius in re non distinguuntur: ergo distinguuntur ab unitate formalis & individuali Pauli: quia hoc ipso quod unitas formalis Petri in re est omnino idem cum unitate individuali eiusdem, necessitate est distinguiri ab unitate individuali Pauli, quia non potest in re esse idem cum rebus omnino distinctis, & quodammodo oppositis. Tertio, nam quicquid à parte rei existit, singulare est, & consequenter incommunis, seu nō commune pluribus inferioribus, vt ostensum est disputatione, sec. 1. & dicetur etiam sec. seq. sed hæc unitas realis est, & suo modo à parte rei existit, vt declaratum est, ergo est singularis: ergo non est in re ipsa communis. Pater vltima consequentia, quia, quod est singulare, est proprium alicuius individuali: & ideo non potest esse commune multis, & propter talis communis requirit abstractionem ab omnibus individualibus, quae non potest rebus realiter conuenire, sed tantum intellectum.

XII.

Atque ex his sequitur primo, quamvis unum quodlibet individualium à parte rei sit formaliter unum absque mentis cogitatione, tamen plura individualia, quae dicuntur esse eiusdem naturæ, non esse unum quid vera unitate, quae sit in rebus, sed solum, vel fundamentaliter, vel per intellectum. Ac propter Aristoteles quandocunque dicit plura esse unum essentia, seu ratione formalis, eam unitatē explicat per ordinem ad intellectum, scil. quia sub una ratione, vel definitione concipiuntur, vt patet 5. Metaph. c. 6.

tex.

tex. II. & lib. 10. in principio. Et D. Thom. de ente & essentia c. 4. hoc sensu dixit, naturam de se non habere unitatem communem, quia alias singularis fieri non posset. Secundo sequitur, aliud esse loqui de unitate formalis, aliud de communitate eiusdem unitatis: nam unitas est in rebus, ut declaratum est, communitas autem proprie & in rigore non est in rebus, quia nulla unitas, quae in re existit, communis est, ut ostendimus: sed est in rebus singularibus quadam similitudo in suis unitatibus formalibus, in qua fundatur communitas, quam intellectus attribuere potest tali natura ut à se concepta, quae similitudo non est proprie unitas, quia non dicit indiuisiōnē entitatum, in quibus fundatur, sed solum conuenientiam, seu relationem, aut coexistentiam virtusque.

Soluuntur fundamenta prioris opinionis.

XIII.

Ad primum prioris opinionis fundamentum responderetur, Aristotelem inter modos unitatis numerasse unitatem genericam & specificam, vel propriam unitatem formalem, quam dicunt in singulis rebus, in quibus existunt, vel quia sunt aliquo modo fundamentaliter in rebus, ut postea declarabimus: & hoc modo dicuntur plures res esse eiusdem naturae, vel identitate rationis, vel in fundamentali unitate, quae in similitudine consistit. Vnde dicitur ad secundum, ut natura possit definiri, hanc unitatem sufficere, quia definitio proprie non est in rebus, sed in ratione: & ideo non est una definitio communis, nisi quatenus mens concipit aliquid, ut commune separando illud à quolibet singulari, ad quod satis est unitas formalis, quam natura habet in quolibet individuo cum similitudine omnium talium unitarum inter se, nam inde fit, ut intellectus uno conceptu comprehendat illam rationem formalem cōcipiat ac definiat. Vnde, cum dicitur natura non habere ab intellectu, quod definibilis sit, dicendum est, id esse verum fundamentaliter & remote, non autem proxime, vel (quod perinde est) id esse verum, quoad essentiam, quae definitione explicatur: illa enim in rebus antecedit: non vero quoad conditionem quam requirit, ut à nobis definatur, quae est communitas: hanc enim habet solum per cogitationem mentis.

XIV.

Ad tertium dicitur primo concludere, naturam ex se habere unitatem formalem, non vero communiam eiusdem formalis unitatis. Vnde unitatem habet prohus inseparabilem, communiam autem minime, nam in singulis individuis natura est una formaliter, non tamen est communis, neque indiferens ad plures, sed in unoquoque est singularis, & propria eius effecta. Quocirca, cum dicitur naturam ex se ita esse formaliter individuum, ut repugnet illi formaliter diuidi, & quicquidem id esse potest, nam, vel est sensus, naturam, quae sic est formaliter una, non est vltius diuisibilem per differentias formales & essentiales: & in hoc sensu in naturis genericis simpliciter nullum est, habet enim natura generica suam formalem unitatem: & nihilominus formaliter diuisibilis est per differentias specificas. In naturis autem specificis est quidem id verum, nihil tamen refert ad id, de quo agimus: nam, licet natura specifica non sit ultra diuisibilis per differentias essentiales, est tamen diuisibilis per differentias individuales, & in unoquoque individuo habet suam unitatem formalem distinctam ab ea, quam habet in alijs, & hoc satis est, ut talis unitas in re communis esse non possit. Vel est sensus, naturam ita esse ex se individuum, ut ei repugnet omnis diuisio seu multiplicatio sua unitatis formalis: & hoc sensu assumptio est simpliciter falsa, etiam in naturis specificis. Quia, sicut supra dicebamus, quamus in individuis non sit diuisio seu distinctio essentialis, esse tamen diuisiōnem, seu distinctionem essentiārum: ita dicendum est in praesenti, quamus in individua eiusdem speciei simili-

citer non dicantur differre formaliter, nihilominus habere distinctas unitates formales singulis proprias. Nam distingui essentialiter, vel formaliter, non solum significat habere distinctam essentiam, seu formam, sed etiam habere secundum eam dissimilitudinem, & disconuenientiam, atque adeo distingui non tantum secundum rem, sed etiam secundum communem rationem & definitionem, quam mens potest fabricare. Habere autem distinctam essentiam seu unitatem formalem, solum dicit distinctionem entitatiū & realē, quomodo, sicut Petrus habet distinctam humanitatem à Paulo, ita etiam habet distinctam essentiam, & distinctam unitatem formalem, quamvis in ea sint similes. Naturae ergo, quae ex se dicitur formaliter una, non repugnat secundum eam unitatem multiplicari in multis, & in singulis habere illam unitatem incommunicabilem & consequenter distinctam ab aliis, sed solum repugnat dissimilitudo, seu disconuenientia secundum eam rationem, id est, quod ea, quae participant illam unitatem formalem, in ea non sint similes, & inter se conueniant.

Ad quartum cum confirmatione eadem est responsio: probat enim, naturam communem habere ex se unitatem formalem, secundum quam una natura specifica differt formaliter, & specialiter ab aliis, non tamen probat, eam unitatem formalem esse in re ipsa communem, nisi secundum similitudinem vel conuenientiam, ut declaratum est. Et eodem fere modo responderetur ad argumenta, quibus ultimo loco probatur, quod haec unitas formalis sit in re communem: ita enim est communis, sicut ipsa natura, cuius est unitas. Naturae autem non est communis secundum rem, sed secundum rationem, vel fundamentalē similitudinem, ut saepe tacutum est & sequente sectione ex profeso dicitur. Eodem ergo modo est communis unitas formalis, quae in re diuiditur in plures unitates formales, quarum qualibet est in se indiuisiō formaliter, inter se vero, seu una ab altera, non sunt in re formaliter indiuisiō, nisi secundum similitudinem & conuenientiam, ratione cuius non dicuntur simpliciter, & propriè formaliter distinctæ, ut dictū est, sed sunt unitates formales distinctæ entitatiū, seu individualiter. Haec enim duo non repugnant, scilicet ipsas unitates formales multiplicari, & non multiplicari formaliter, sed materialiter, seu in individuo: ipsa enim unitas formalis in unoquoque individuo singularis est, & individua, quamvis id non habeat ex vi unitatis formalis: sed ex differentia individuali. Fatemur igitur omnem unitatem formalem, prout est in re, esse individuam & singularē, differre tamen nihilominus secundum rationem ab unitate individuali, quia unitas formalis per se & ex proprio conceptu solum dicit indiuisiōnem in praedictis essentialibus: unitas vero individua dicit indiuisiōnem in ipsa entitate. Vnde unitas formalis dicit in re fundatū similitudinis: cum alia re eiusdem naturae: unitas autem individualis dicit absolute & simpliciter fundamentum distinctionis, ac denique unitas formalis dicit fundamentum communicabilitatis saltem secundum rationem, unitas autem individualis dicit omnimodam incommunicabilitatem, tam secundum rem, quam secundum rationem.

SECTIO II.

An unitas uniuersalis nature distincte à formalis sui in rebus actu ante mentis operacionem.



Rincipio statuendum est naturas illas, quas nos uniuersales & communes denominamus, reales esse, & in rebus ipsis vere existere: non enim eas mente fingimus, sed apprehendimus potius, casq;

XV.

ea si p in rebus esse intelligimus, & de illis sic concepi-
tis definitiones tradimus, demonstrationes effici-
mus, & scientiam inquirimus. Sic Aristoteles i. Metaph. cap. 6. & lib. 4.c. 5. reprehendit Heraclitum, &
Cratylum, quod dicent in rebus nihil esse præter
singularia. Et 7. Metaphys. text. 56. tradit vniuersalia
non esse rebus separata, & tex. 37. & 53. ait defini-
tiones dari de rebus vniuersalibus, & i. Posterior. text.
5. 11. 33. 39. 43. dicit, scientiam esse de vniuersalibus,
que in singularibus existunt, & ab illis abstrahun-
tur; & idem habet i. Metaphys. c. 1. Et eodem sensu
i. de interp. cap. 5. dicit, rerum alias esse vniuersales
alias singulares. Et in hoc omnes Philosophi & Ari-
stotelis interpres conueniuntur. Nominalibus exce-
ptis, qui voces solum aiunt esse vniuersales in signi-
ficando: & conceptus vniuersales in representando
& circa hos proximè variari definitiones, & scien-
tias, ut videre licet in Ocham i. distinct. 2. quæst. 4.
& quodlib. 5. quæst. 12. & 13. & Gabr. in i. distinct. 2.
quæst. 7. & 8. quos latè impugnat Fonseca, lib. 5. cap.
28. quæst. 2. Et merito reprehenduntur, quoad ali-
quos loquendi modos, nam in re fortasse non dis-
sident à vera sententia: nam eorum rationes huc so-
lum tendunt, ut probent vniuersalitatem non esse in
rebus, sed conuenire illis prout sunt objectiù in in-
tellectu, seu per denominationem ab aliquo opere
intellectus, quod verum est, ut infra dicam. Et ideo
in referendis, & soluendis eorum argumentis non
est quod immoremur: nam ea nihil omnino obstat,
quo minus verum sit naturas, que denominantur
vniuersales, in singularibus esse, ipsaque singularia
habere inter se aliiquid, in quo conueniant, vel similia
sint, & aliiquid, in quo differant, seu distinguantur.
Vnde falsò negant, demonstrationes, aut defini-
tiones dari de rebus, quia scientiae non sunt denomi-
nibus, & conceptibus formalibus nostris, sed dire-
cte de rebus, seu conceptibus obiectiuis. Quapropter,
licet denomination vniuersalitatis rebus proponiat ex
conceptibus, tamen res sic denominatae reales sunt,
& in rebus existunt.

II.

Vniuersalia
in re, non
sunt à singu-
laribus spa-
cata.

Secundò supponendum est, has res, vel naturas,
quas nos vniuersales denominamus, non esse reali-
ter separatas a rebus singularibus: quia, vt supra de-
monstratum est, omnis res, que exigit, necessariò est
singularis, & individua: apertamq; inuoluit repugna-
tiam, quod existat homo v.g. ab omnibus singulari-
bus hominibus realiter separatus, & fit vniuersalis
respectu omnium illorum. Nam, si est separatus, non
est in illis intrinsecè & essentialiter, si autem est vni-
uersalis, esse debet in illis intrinsecè & essentialiter,
quia hoc est de ratione talis vniuersalis: neq; vero si-
mul esse potest separatus a illis, & intrinsecè in illis:
quia haec duo in re ipsa sumpta inuolunt repugna-
tiam. Item, quia, vel homo vt sic est res distincta
realiter a Petro, Paulo, &c. vel non est res distincta: si
dicatur hoc secundum, hoc est, quod intendimus: nā
hoc sensu dicuntur vniuersalia nō esse separata, quia
non sunt res realiter distinctæ a singularibus, neque
habent propriam entitatem: & realem unitatem di-
stinctam ab illis: si vero dicatur primum, sequitur ap-
pertè, hominem vt sic esse rem quandam distinctam
a Petro & Paulo, nam realis distinctio non potest in-
telligi, nisi inter res certas, & determinatas: erit ergo
illa res quidam homo distinctus a ceteris hominib.
Vnde neque esse poterit de essentiis illorum, neq; po-
terit simul esse in omnibus illis. Item alioqui eadem
ratione dandum est animal separatum ab omnibus
speciebus animalium, & viuens separatum ab omni-
bus generibus viventium, & sic de ceteris quid-
ditatiis predicatis, que omnia sunt impossibilia, &
inutilia prorsus, quia neq; ad scientiam, neq; ad defi-
nitiones tradendas oportet huiusmodi idealum mon-
stra confingere.

III.

Quod adeo manifestum,

ac per se notum est, vt
multis incredibile videatur, Platonem docuisse con-

trarium eo sensu, quo i. & 7. Metaph. & aliis locis A-
rist. illi attribuit, & latissime impugnat. Ita sensu
Eustratium & Simplicium referuntur. Thom. lib. 4. de serueris se-
regimine Principum, ca. 4. & in particulari agens de parata.
ideis Aug. lib. 83. quæstionum, q. 46. & lib. 7. de Ciuit.
c. 28. declarat Platonem fuisse locutum de ideis, que
sunt in mente diuina, quod etiam sentit Seneca lib. 8.
epistola 66. In 60 ab ipso Platone in Parmenide, & Timo-
teo id significari videtur. Legatur Eugub. libr. 1. de
peren. Philosoph. c. 10. Quod si ita est, consequenter
dicendum est, Platonem non posuisse ideas propter
modum nostrum concipiendi, definiendi, aut sciendi
res in vniuersali: ad hoc enim nihil coferunt ideæ,
prout sunt in mente Dei: quia nec nos has concipi-
mus, aut definimus: & si per impossibile non essent
tales ideæ, possent eodem modo vniuersalia à nobis
concipi, ac definiri. Sed ponuntur huiusmodi ideæ,
vt sint prima exemplaria horum inferiorum: & in ea
influant tanquam primum, & immutabile principium
in suo genere: de quibus ideis sub hac consideratio-
ne tractatur à Theologis in i. d. 36. cum D. Tho. i. par.
q. 15. & inferius tractando de causis aliquid attinge-
mus. Sed, quicquid sit de mente Platonis, hæc conser-
deratio nihil ad præsens institutum refert: quia non
agimus de vniuersali, quod vocant in causando, sive
per modum efficientis, sive per modum exemplaris,
sed de vniuersali in essendo seu prædicando,

Sensus questionis, & variae opiniones.

IV.

H

Is ergo suppositis, quæstio superest, an natura,
que vniuersalis denominatur, quamvis sit in
rebus singularibus, nihilominus ex se habeat suffi-
cientem unitatem, ob quam vniuersalis denominatur,
ita ut non solum natura vniuersalis, sed etiam vni-
uersalitas eius in rebus sit. Tres in hac re versantur
opiniones. Prima est naturam ita habere ex se, & per
se aliquam vniuersalitatem, ut etiam realiter existens
in ipsis individuis ea retineat, actusq; vniuersalis sit,
quam opinionem defendit late Joan. Monlorius spe-
ciali disp. de hac re, c. 5. & 6. & communiter tribuitur
Scoto in z. d. 3. q. 1. & 7. Metaph. q. 18. vbi Anton. And-
reas q. 16. illam defendit. Quamvis Scot. in præ-
dict. potius loquitur, ut simpliciter neget, vniuer-
sale in actu esse in rebus: solumq; videtur admittere
vniuersale aptitudine seu potentia, quod Aristot. &
omnes concedunt. Quapropter in exponenda Scoti
sententia varij sunt eius discipuli, vt Fonseca inf. ci-
tandus late tractat, vbi etiam ipse, sicut & alii, eū co-
natur in suam sententiam adducere. Sed, ne in æquuo laboremus, oportet hos terminos, vniuersale in a-
ctu, & vniuersale in potentia, declarare.

V.

Itaq; si per vniuersale in actu intelligatur natura
ab omni individuatione abstracta, que cōcipitur per
modum vniuersitatis entis individui, & communis multis, &
habētis proximā aptitudinem, ut de illis prædicetur,
sic per se notum est, vniuersale in actu ut sic, non esse
in rebus: & hoc modo explicuit hanc vniuersalitatem
Scotus supra: & eodem loquitur Aristot. cum negat
contra Platonem dari vniuersale in rebus, scilicet vni-
uersaliter subsistens, & ab omni singulari, & indi-
vidua contractione separatum. Datur ergo hoc vni-
uersale solum per intellectum, ut scit. seq. declarabis-
mus. Rursus, si vniuersale in potentia dicatur, quic-
quid non haberet actualem vniuersalitatem dicto mo-
do explicatam: præbet autem intellectu fundamen-
tum, ut illam possit concepire aut fingere, sic etiam
certum est dari in rebus vniuersalitatem in potentia,
quia datur in eis aliquod fundamentum abstrac-
tions, seu conceptionis vniuersalis, quam intellectus
facit. Sed quale est hoc fundamentum? in hoc est e-
num punctus controveſia. Opinio igitur citata
affirmat, fundamentum hoc esse vniuersalitatem
quandam, que ex se, & realiter conuenit naturæ,
ut est prior natura suis inferioribus contrahentibus
ipsam:

ipsam. Nam, licet in re non sit separata ab eis, tamen reuera est communis omnibus illis secundum eandem rationem, & unitatem formalem. Et ita hæc vniuersalitas, licet respectu prioris dicatur aptitudinalis seu fundamentalis, tamen respectu singularitatis, seu individuationis naturæ est vera, realis, & actualis vniuersalitas, quæ ab unitate formalis solù in hoc differt, quod ultra negationem divisionis in se dicit indifferentiam & communitatem ad multa.

VI.

Sic igitur declarata opinio probatur primò, quia natura, verbi gratia, humana, de se habet unitatem formalem, ut dictum est: habet etiam de se, quod fit communicabilis multis: ergo de se, & ante omnem intellectum est una in multis: & de multis, in quo ratio vniuersalis consistit, teste Aristot. Post. tex. 25, habet ergo natura ex se & in rebus ipsis aliquam vniuersalitatem, quæ fit realis proprietas eius, & non tantum rationis. Minor, in qua est vis argumenti, probatur primò, quia natura humana de se non est incommunicabilis, alioqui secundum numerum multiplicari non posset: est ergo de se communicabilis: quia inter communicabile, & incommunicabile non est dare medium respectu eiusdem naturæ, nam sunt opposita contradictione. Secundò, quia natura non est de se hæc & individua, ut præcedente disput. probatum est: sed indiger aliquo adjuncto, quo induvidetur: ergo de se apta est, ut per principia individuanta contrahatur: imo, cum non sit apta ad subsistendum abstractè & vniuersaliter, postulat, & requirit hanc determinationem, ut posse subsistere: est ergo ex se apta ad illam: ergo est etiam ex se communicabilis multis individuis. Probatur hæc ultima consequentia, quia talis natura non est adquæta contrahibilis per unam solam individualem differentiationem, imo hoc illi repugnat: ergo hæc repugnantia quam habet talis natura, ut in uno solo individuo adquæta contrahi possit, fundatur in naturali aptitudine, quam habet, ut in multis esse possit: hæc ergo aptitudo conuenit illi realiter & secundum se. Tertiò idem probatur ex attributis naturarum vniuersalium: ut vniuersales sunt, dicuntur enim esse propriæ obiecta scientiarum, immutabilia, & perpetua, ingenerabilia, & incorruptibilia, dicuntur etiam esse res immediatae significatae per voces, seu conceptus communes, quidus per se primo conueniunt essentialia prædicta, & intrinsecæ proprietates: sed hæc omnia non sunt per intellectum conficta, neq; conseruantur in denominatione aliqua extrinseca proueniente ab aliquo actu intellectus: ergo natura in rebus ipsis habet aliquam vniuersalitatem, quæ sit horum omnium ratio ac fundamentum. Et confirmatur, quia alias vix possumus vitare, quin incidamus in opinionem Nominalium, qui negant in rebus esse naturas vniuersales, sed solum res singulares, quia si natura in re nullam habet vniuersalitatem, nec distinguitur ex natura rei ab individuis, ut supra ostendimus, quid posse in rebus immediatè correspondere terminis communibus, aut conceptibus eorum, præter ipsa singularia, quod Nominales docent, & consequenter non poterit esse scientia de rebus communibus, sed solum de vocibus, ut idem contendunt.

VII.

Secunda sententia est, naturam existentem in individuis non esse actu vniuersalem, nihilominus tamen non habere à solo intellectu, quod actu vniuersalis sit, sed ex se, & ante operationem intellectus, & ante omnem contractionem ad individua, atq; adeò ante omnem existentiam, tam in intellectu, quam in re ipsa, esse actu vniuersalem. Hanc opinionem latè tractat, & defendit Fonseca, lib. 5. Metaphys. c. 28. per quinque primas questiones. Cuius fundamenta videbimus postea, dum veram sententiam confirmabimus: est enim hæc opinio media inter duas alias, & ideo ab eisdem sumit argumenta partim ad eas confutandas, partim ad ipsam tuendam, & suadendam.

Tertia opinio est, naturas fieri actu vniuersales solum opere intellectus, præcedente fundamento aliquo ex parte ipsarum rerum, propter quod dicuntur esse à parte rei potentia vniuersales. Hæc sententia communis est antiquorum, & recentium Philosophorum cum Aristotele. sapientissime in his lib. Metaph. præsertim in 7. & Comm. i. de anima, com. 8. dicente, intellectum esse, qui facit vniuersalia in rebus, & Averroë, qui hoc sensu dixit, lib. 5. f. 5. Metaph. in principio: Equinitas secundum se tantum est equinitas, non una, vel plures, & eodem modo loquitur D. Thos. opus de ente & essentia, c. 4. vñi ait, naturam secundum se neque vniuersalem, neque singularem esse, & alius locis in eodem sensu ait, intentionem vniuersalitatis esse ab intellectu, ut. part. q. 8. art. 1. & 1. 2. q. 29. art. 6. & 7. Metaph. lec. 12. & in eadem sententia conueniunt omnes eius discipuli: Caietan. loco citato de ente & essentia, Soncin. & Iauell. citati scilicet præced. Soto in Logica, q. 2. de vniuersalibus, & alijs.

Questionis resolutio

Hæc postrema sententia est fine dubio vera. Ut autem eam explicemus, & confirmemus, duo, quæ in titulo quæst. proposuimus, declaranda sunt. Primum, quomodo differat vnitas, quæ ad vniuersalitatem naturæ necessaria est, ab unitate formalis. Secundum, quomodo naturæ sic vni conuenit aptitudo essendi in multis. Ex quibus tandem constabit tertium, scilicet quomodo vniuersalitatem naturæ non possit in rebus ipsis inueniri. Suppono autem, quod Aristoteles sè docuit, rationem vniuersalitatis ut sic in duobus consistere, scilicet in unitate & communicabilitate. Hæc enim duo continentur in illa definitione, qua vniuersale dicitur, Vnum in multis, & de multis, seu præter multa, quæ sumpta est ex variis logis Aristot. 1. Perih. cap. 5. 1. Post. capite 18. 7. Metaphysic. cap. 13. Nam si natura non sit una aliquo modo, non erit quippiam vniuersale, sed erit rerum multitudo, seu aggregatio: si autem non sit apta esse in pluribus non erit vniuersalis, sed singularis, & ideo necesse est, ut sit in multis modo opposito singularitatè seu individuationi, id est, quod sit in multis inferioribus, quæ sub ea communione multiplicari, & numerari possint. Hæc ergo duo, scilicet vnitas, & communitas, explicanda sunt, ut constet, rationem constituentem proprium vniuersale, non reperiri in rebus secluso intellectu.

Dico primum, Vnitas formalis per se sola non sufficit ad unitatem, quam requirit natura vniuersalis, ut vniuersalis est, ac denominatur, sed requiritur, maior aliqua vnitas. Probatur primò, quia vnitas rei vniuersalis ut vniuersalis est, talis esse debet, ut sit illi propria, & rei singulare ut singulare est, conuenire non possit: sed vnitas formalis non est huiusmodi: ergo illa ut sic non sufficit ad unitatem naturæ vniuersalis ut sic. Maior ex communi omnium sensu constat, & ex oppositione, quæ est inter singulare, & vniuersale ut talis sunt: cum enim opponantur, ut communicabile & incommunicabile, vnitatis illa quæ ad vtrumq; horum indifferens est, non potest esse sufficiens ad rationem vniuersalis, ut magis ex sequente ratione constabit. Minor autem constat ex supra dictis de unitate formalis: ostensum est enim eam de se esse indifferente ad naturam, vel vniuersalē conceptam, vel in individuis contractam. Secundò probatur, quia vnitas formalis multiplicatur in individuis cuiuslibet naturæ, sed vnitatis, quæ est propria naturæ vniuersalis ut vniuersalis est, non potest multiplicari in inferioribus, nā potius illa sunt vnum sub ea ratione, quomodo dixit Porphyrius, participatione speciei plures homines esse vnum hominem: ergo aliud modum unitatis habet natura vniuersalis ut sic, præter vnitatem formalem. Maior supradicta est. Ostendimus enim, vnamquæcunq; naturam individuam, esse in se

in se formaliter vnam propria & intrinseca vnitatem formaliter distinctam ab ea, quae est in alia simili natura, quia vnaquaque per id, quod in se est, est in se formaliter indivisa. Et hinc facile probatur minor proportionatio, quia si vnitatis naturae vniuersalis ut vniuersalis est, multiplicaretur in inferioribus, multiplicaretur vnitatis specifica in individuis, vel generica in speciebus, quod est impossibile, alioqui & plures homines essent plures species, & vnuusquisque eorum haberet in se vnitatem vniuersalitatis, & consequenter vnuusquisque esset vnuus vniuersaliter, sicut est vnuus formaliter, quod est plane falsum. Vnde argumentum tertium, quia vnitatis formalis solum dicit formalis seu essentialis individuationem illius rei, quae sic vna denominatur: vnde ad hanc vnitatem impertinet est, quod illa res sit singularis, vel communis, at vero vnitatis vniuersalis dicit intrinsece individuationem plurim in ea re, vel ratione, quae vna vniuersaliter denominatur, ita ut nullum eorum inferiorum, quae sub tali ratione continentur, per se sumptum habeat totam illam vniuersalem vnitatem, sed omnia sub illa ratione vnu sint, quomodo omnes species animalis sunt vnum in ratione animalis: nulla autem species per se sumpta habet in se vniuersalem vnitatem animalis, quae est quasi potentialis, licet in se habeat formalem vnitatem eius. Quamquam ergo vnitatis formalis praerequiratur ad vnitatem vniuersalis, & sit fundamenatum eius, non tamen est per se sufficiens, sed aliquid ultra illam addit vnitatis vniuersalis.

XI. Dices: Quae ergo, aut qualis esse potest haec vnitatis naturae vniuersalis ut sic? Omnis enim vnitatis, ut supra insinuatum est, aut formalis, aut numeralis esse debet: quia omnis diuisio aut formalis est, aut materialis: sed vnitatis vniuersalis non potest esse vnitatis numeralis, quia haec est propria rerum singularium: si ergo neque formalis est, quoniam esse potest? Respondeur esse quādam vnitatem ab his distinctam habētem proprium nomen, propriamq; rationem. Diciturenū haec vnitatis vniuersalis, eiusque ratio consistit in individuatione aliquicū naturae in plures naturas similes sub eodem nomine, & ratione, cum aptitudine, vt in eas dividatur. Itaque huiusmodi vnitatis vtrumque includit, scilicet individuationem, & aptitudinem ad diuisiōnem in plura eiusdem nominis & rationis, seu quae talia sint, ut vnumquodque totum diuisum quoad eius actualitatem in se claudat, & contineat. Vnde haec individuo proxime accedit ad propriam priuationem, quia dicit negationem diuisiorum in natura apta ad tale diuisiōnem. In quo differt haec vnitatis ab vnitate individuali, quae non solum dicit diuisiōnem, sed etiam inexactitudinem ad diuisiōnem in plura, quae talia sint, quale est ipsum diuisum. Ab vnitate autem formalis differt, quia haec vnitatis, quamvis non repugnet cum illa aptitudine, seu communicabilitate ad plura, non tamen illam requirit. Vnde in Deo potest intelligi vnitatis formalis cum incommunicabilitate ad plures naturas. Cum ergo dicitur, quod omnis vnitatis, aut est formalis, aut numerica, id verum est de vnitatis, quae rebus ipsis secundum se, seu in re ipsa cōveniunt: prater has vero potest esse alia vnitatis, quae per intellectum perficitur: & huiusmodi est vnitatis vniuersalis, ut ostendemus.

XII. Vnde vterius additur, hanc vnitatem posse ad numeralem reuocari, quae tamen non simpliciter realis sit, sed rationis, seu obiectua. Declaratur, nam species humana in ratione speciei ita est vna, ut cu alijs componat numerum ternarium, vel quaternarium, &c. Specierum sub animali contentarum: omnis autem vnitatis, quae potest numerum confidere, sub ea ratione numerica dici potest. Propter quod, licet homo & equus absolute differant essentialiter, & specie, tamen in ratione vniuersalium seu specierum differunt numero. Item formalis conceptus hominis ut sic, est vnuus numero: vnde obiectum eius in ratione obiecti vnuus etiam numero dici potest, & ita homo,

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

quatenus obiectum illi conceptui, dicitur habere vnitatem numeralem obiectuum, seu in ratione obiecti, quae etiam est vnitatis rationis, seu per denominationem extrinsecam à conceptu mentis: haec ergo vnitatis ad rationem vniuersalis necessaria est, & sub ea ratione potest ad numeralem reuocari. Quod in huc modum potest etiam explicari, nam, si fingeremus iuxta Platonis sententiam, ut ab Aristotele explicatur, vniuersalia esse res separatas à singularibus, necessario intelligendum est, hominem ut sic, in se substantiem, esse rem quandam in se quidem transcendentaliter numerabilem cum alijs, atq; ita vnam numero, quamvis simul fingeretur existens in pluribus numero distinctis, quod aliunde repugnantiam inuoluit, ut dictum est, quod ad præsens non refert: nam hinc solum intendimus declarare vniuersale eō modo quo est, vel apprehenditur, debere intelligi ut in se individuum, & numerabile, vel secundum rem, si singatur in re ipsa separatum, vel secundum rationem & conceptum, si solum mente abstrahatur.

Ex his dico secundo: Vnitatis naturae vniuersalis ut vniuersalis est, non est realis, neque est in rebus prout vniuersalis non est ante opes rationem, quae in rebus nulla vnitatis intelligi potest præter formalem, & numeralem, neutra autem harum sufficit ad rationem vniuersalis ut sic. Dicatur fortasse in rebus non solum reperiri ea vnitatem formalem, qua vnaquaque natura humana, v.g. dicitur in se formaliter vna, sed etiam reperiri vnitatem, qua omnes humanæ naturæ dicuntur habere eandem rationem formalem, & consequenter formalem vnitatem, ratione cuius eadem definitionem participant, & omnes homines à parte rei dicuntur esse eiusdem naturæ. Sed contra, nam haec reuera non est vnitatis, sed similitudo tantum, nihil enim vere vnu & in re individuum est à parte rei in hac & in illa humana natura, sed solum in hac est aliquid cui aliquid simile est in altera natura: haec autem non est realis vnitatis, sed similitudo. Vnde solum possunt res plures dici à parte rei eiusdem naturæ, id est, similes: haec enim identitas, cum dicatur esse inter res distinctas, non potest in re ipsa quippiam esse præter similitudinem, ratione cuius dicitur etiam participare, seu habere eadem definitionem, fundamentaliter quidem ex vi dicta similitudinis, formaliter autem per rationem: nam definitio opus rationis est.

Hac autem similitudo neque necessaria simpliciter est ad rationem vniuersalis, neque sufficiens. Intelligo autem non esse necessariam secundum actum existentiam & relationem, quia non est de ratione vniuersalis ut actu sit in multis: nam si vere essent idem Platonis, vniuersales essent ex se, quamvis actu nullum aliud individuum existeret, & de facto natura coeli & Gabrielis sunt vniuersales, sive in re fini plura eorum individua, habentia inter se prædictam similitudinem, sive non. Si autem esset sermo de similitudine illa in potentia, si necessaria est ad natura vniuersalitatem, quia alias non posset intelligi natura ut communis, ut statim latius explicabimus. Quod autem illa similitudo non sufficiat ad rationem vniuersalis, probatur, quia ex vi illius similitudinis præcise, sive in actu, sive in potentia sumptæ, non concipiatur aliquid ut vnum commune multis, sed cōcipiuntur multa ut similia inter se: vniuersale autem ut sic, debet concipi ut vnum. Item, quia vniuersale ut vniuersale, concipiatur ut individuum actu, quatenus tale est, & diuisibile, & communicabile aptitudine: res autem prout à parte rei sunt similes in natura, potius sunt actu diuisæ, & aptitudine seu fundamentaliter vniuersales (ut sic dicam) in vna natura vniuersæ concepta.

Atque hinc apertius confirmatur conclusio positiva. Nam vniuersalitas ut sic dicit aliquam individuationem, alioquin non esset vniuersalitas, sed multitudo M tantum:

tantum: sed illa non potest esse individuo, quæ conuenientibus rebus ut in se sunt, sed solum ut substantia conceptibus mentis: ergo unitas quæ inde sumitur, non est realis sed rationis. Minor declaratur, nam, ut recte dixit Aristoteles. 7. Metaph. cap. 14. & sepe alias esse in re ipsa individuum, & similius esse actu diuisum, in plurima eiusdem nominis & rationis, inuoluit repugniam, nam, si res est à parte rei diuisa, à parte rei est singularis, & una numero: si autem est diuisa in plures similes eiusdem nominis & rationis, erit etiam plures numero, quod fieri non potest. Et hæc repugnare sequebatur ex positione Platonis, quæ cessat, si vniuersale intelligatur habere individuationem tantum secundum rationem: quia esse individuum secundum rationem, & diuisum secundum rem, non opponuntur inter se. Atq; hoc modo omnes homines in ratione specie dicuntur unus homo, quia in conceptu hominis ut sic, non dividuntur: & ita unitas hominis, quatenus vniuersalis est, per rationem consummatur, quia homo ut sic, solum habet individuum, ut subest conceptioni mentis: Quæ individuo consistit in hoc quod homo, v.g. abstracte conceptus, non est communicabilis multis hominibus seu conceptibus obiectivis sic abstractis, licet sit communicabilis per contractionem multis individuis.

SECTIO III.

Vtrum natura communis ex se habeat aliquam unitatem præcisionis extra individua, & antem operationem.

Antequam argumentis contraria sententia respondamus, tractada est obiectio, quæ hic occurrit, & quædam opinio, quæ pene singularis ac noua mihi vita est. Obiectio itaq; potest cōtra precedentem resolutionem, quia quelibet natura communis, v.g. humana, non solum quatenus per intellectum, abstracta est, sed etiam quatenus ex se praescindit à differentiis individualibus, & est naturæ ordine prior illis, habet unitatem quandam: quia ut sic, non est plures, sed una tantum: illa autem unitas, cum conueniat naturæ ex se, realis erit: ergo illa sufficiet ad rationem vniuersalis. Circa hoc Fonseca lib. 5. met. c. 28. q. 3. sect. 2. 3. & 4. sentit, naturæ vniuersali secundum se sumptu conuenire unitatem quādam, quam suis inferioribus nō communicat, sed illi tantum ac præcise conuenit, prius quam existat, tam in rerum natura, quam in intellectu, quam unitatem dicit esse distinctiæ ab unitate formalis, quia hæc multiplicatur in individuis, non vero illa. Vocat autem illam unitatem præcisionis, seu numeralem, nō simpliciter & absolute, sed naturæ communis, quæ est cōditio diuinens, vnde etiam eam vocat quodammodo misericordiam ex formali & numerali. Et in hæc sententiam citat D. Thom. opusc. 42. de natura generis capite 7. & 8. vbi significat, esse naturas vniuersales habentes quandam unitatem conuenientem naturæ absolute sumptu, quæ non communicari individuis talis naturæ, nec conueniat naturæ per intellectum. Citat etiam Soncin. 7. Metap. q. 40. vbi ait, naturam secundum se considerat, id est, nec prout est in individuis, nec prout est in intellectu, habere quandam unitatem: & non videtur loqui de unitate formalis, quia addit, naturam non communicare hanc unitatem suis inferioribus: & idem sentit Capreol. in 3. d. 5. q. 3. artic. 3. ad argumenta Scotti cont. 1. concl. vbi non de omnib. vniuersalibus, sed de quibusdam id affirmat ex D. Thom. loco cit. scilicet, de his, quæ habent, nō tantum logicam, sed etiam physicam unitatem & conuenientiam. Quæ limitatio rem facit difficultorem, & obscuriorum, quia impossibile est reperire vniuersalem unitatem non funda-

tam in unitate formalis, ut ex dictis fatis constat, & amplius patet ex dicendis: supposita autem formalis unitate, eadem est ratio quantum ad omnem aliam unitatem in quacunque natura vniuersali: quia omnis talis natura potest secundū se & absolute considerari, & ut sic, eadem non repugnat, indifferenter, aut individuo in qualibet reperitur. Et ideo Fonseca illam limitationem non admittit, sed generaliter hanc unitatem præcisionis tribuit omnibus naturis vniuersalibus.

Quod si interrogas, vbi, aut quando conueniat hæc unitas tali naturæ: responder, naturam existentem nunquam habere huiusmodi unitatem, quia in individuis illam non habet, cum in illis contracta sit, natura autem non habet existentiam, nisi in individuis: neque etiam conuenire illi tantum ut est in intellectu, quia illi secundum se conuenit, prius quam ab intellectu aliquid habere intelligatur: neque conuenire illi per solam denominationem extrinsecam, sed per veram negationem, seu individuationem conuenientem ipsi naturæ secundum se. Et hoc ipsum sentit Soncin. supra, qui propterea dicit, hanc unitatem non esse actualē, sed potentialē, & utrumque illam explicat per hanc conditionalem: quia, si natura existeret sine contractione ad individua, hæc unitatem haberet. Quod si rursus obijcas, quia, si hæc unitas per se conuenit naturæ absolute sumptu, erit inseparabilis ab ipsa, nam, quod per se aliqui conuenit, semper conuenit, neque oppositum eius potest ei conuenire: sed in individuis non habet naturam eam unitatem, sed potius oppositam multitudinem: ergo non potest illa unitas per se conuenire tali naturæ. Respondent, dupliciter sumi posse illud per se, seu secundum lē: primo, ut significet necessariam connexionem predicati cum subiecto, tanquam de essentia eius existentis, aut ab illo intrinsece manantis: quomodo sumptus Aristoteles, cum duos modos per se numerauit. Posterior. cap. 4. & hoc modo recte probat argumentum, prædictam unitatem non conuenire per se naturæ vniuersali: alio modo sumitur per se, pro eo, quod est absolute seu solitaria: & hoc modo dicitur conuenire hæc unitas naturæ secundum se, seu per se sumptu: quia absolute considerata illa natura, ac solitaria, id est, quatenus non habet adiunctas differentias contrahentes, seu individuantes, statim habet illam unitatem. Neque enim necesse est, vt, quicquid conuenit naturæ hoc posteriori modo secundum se sumptu: conueniat etiam per se priori modo, id est, ab intrinseco, & necessario: multa enim prædicata, præseruati negativa, possunt illi sic sumptu contingentes conuenire, vt non existere, non generari, nec corrupti, non esse album, nigrum, aut similia omnia, quæ non conuenient naturæ communi, nisi ratione individuorum. Sic igitur hæc unitas præcisionis, quæ in negatione seu priuatione consistit, conuenit naturæ secundum se, & absolute considerata: quia, ut sic non conuenient illi differentiæ, quibus contrahitur & dividitur, non tamen per se & necessario conuenit: quia medijs inferioribus potest ei oppositum conuenire.

Sed nihilominus hæc sententia probari mihi non potest. Nam (ut omittam esse plane contrariam D. Thom. lib. de ent. & essent. c. 4. & Catec. ibi & alijs auctoribus citatis, & referendis infra concil. 4.) non satisficio intelligo, qualis possit esse unitas, quæ conueniat naturæ ante intellectum, & tamen nunquam possit illi conuenire in inferioribus, seu in singularibus existenti: nam, si illa unitas conuenit naturæ ante intellectum, ergo est unitas realis: ergo potest realiter ipsi naturæ aliquando conuenire: ergo necesse est, ut possit illi conuenire in individuis, vel in aliquo individuo: nihil enim conuenit realiter naturæ omnino, nisi quod potest illi conuenire, ut existenti in aliquo individuo. Quod enim aiunt, hanc unitatem conuenire

nire realiter naturae secundum esse essentia, non secundum esse existentia, non videtur posse intelligi; quia, ut supra dixi, tractando de conceptu entis, & infra iterum dicam tractando de essentia & existentia creaturarum, esse essentia, non potest concepi ut reale, nisi saltem aptitudine includat ordinem ad existentiam: ergo, si haec unitas non potest conuenire essentia ut existenti, neq; conuenit illi ut apta ad existendum: quia, sicut non existit, nisi ut individua, ita neq; est apta ad existendum, nisi ut individua: ergo nullo modo illi realiter conuenit. Et confirmatur, quia nullum praedicatum nec positivum, nec negativum conuenit naturae secundum se, & solitarie sumptu, nisi aut per se posterioristice illi conueniat, aut posuit individuum conuenire: sed haec unitas non conuenit per se dicto modo naturae secundum se sumptu, ut ipsi fatentur: neq; etiam potest illi conuenire ratione individuum, quia potius illi ut sic repugnat; imo hoc ipso, quod in individuo sumitur, iam non per se & solitarie consideratur: ergo nullo modo conuenit per se primo. Maior constat ex Porphy. c. de commun. D. Tho. Caiet. & alij in locis citatis. Et inductione patet in predictis etiam negatiuis (nam de politiis nulla est dubitandi ratio) quia, non esse album, aut nigrum, &c. in tantum conuenient homini ut sic, in quantum alicui individuo hominis conuenire possunt: imo & ipsum non existere, quamvis non posuit conuenire homini ratione alicuius individui existentis, conuenit tamen illi, quatenus vel aliquod, vel omnia individua humanae naturae non existunt. Ratio est, quia haec predicata sunt contingentia, & ideo non conuenient speciei, nisi ratione individuum.

IV.
Obiectio
nibus
respondens

Quod si quis obiectat quedam esse predicata negativa, quae conuenient naturae communi secundum se, & tamen non conuenient individui, ut videntur esse haec, non generari, non corrumpi (repugnat enim naturam uniuersalem absolute sumptam generari, vel creari, aut etiam existere) dicendum est, & se sophisticam & quiuationem: multiplex enim potest esse sensus illarum negationum. Primus est, quod natura abstracta nec generari, nec corrumpi, nec esse potest, & hoc modo sunt vera illae negationes, tamen si recte intelligantur, non dicuntur de natura secundum se & absolute sumpta, sed ut habente quandam statum, quem solum per intellectum habere potest: realiter enim nulla est natura sic abstracta, & solitaria, sed per intellectum consideratur: & illi ut sic, considerata attribuitur talis negatio. Quare mirum non est, quod in individuo illi non conueniat, quia per existentiam in individuo destruitur illa status, ratione cuius conuenit naturae talis negatio. Vnde, si illa unitas precisionis cum his negationibus comparanda est: hinc potius colligitur, non conuenire naturae, nisi ut subest operationi intellectus abstrahentis, & praescindentis illam. Alius sensus illarum negationum est quod natura communis absolute non generatur, neq; corrumpitur, & hoc potest intelligi, vel, quod non generatur vlo modo, & sic est fallit, nam saltem secundario generatur, & existit in individuo. Vel quod non generatur per se primo, sed ratione individuum, & hoc est verum: tamen hoc etiam dici potest de natura existente in individuo, sicut Aristot. dicit, secundas substantias existere in primis, & ratione illarum, & consequenter non per se primo. Vnde haec negatio in hoc sensu sumpta non conuenit naturae contingenter, sed per se ac necessario: sicut econtrario fieri & esse per se primo conuenit individui, si alicui conuenire debet. Nulla ergo predicata contingens, etiam negativa, conuenient communib. naturis, nisi vel ratione individuum vel in ipsius individuo, vel ratione status, quem in intellectu habent.

Tandem argumentor in hunc modum contra dictam sententiam, quia natura communis non distinguatur ex natura rei ab individuo, sed tantum per intellectum: ergo non potest habere unitatem aliquam

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

secundum se, quam non habet in individuis, nisi tam per intellectum. Antecedens saepe est probatum: consequentia probatur primo, quia unum reale consequitur ens: ergo si natura secundum se non habet entitatem distinctam ab entitate individuorum: neque unitatem realem habere potest distinctam ab unitate individuorum: ergo nullam unitatem ex se habere potest quam non habet in individuis, sed omnis alia est per intellectum. Secundo probatur eadem consequentia ex ipsis terminis, quibus alia opinio vitetur, vocat enim hanc unitatem *precisionis*: si ergo prædictio non est in re, neq; conuenit naturae secundum se, sed per intellectum tantum, neq; etiam unitas conuenire potest naturae secundum se, excludendo intellectum. Imo, si quis recte considereret, hoc ipso, quod dicitur secundum se in sensu superiori declarato, inveniatur operatio intellectus: quia natura non prescinditur a separatur ab omnibus differentiis individualibus, nisi opere intellectus. Vnde quicquid conuenit naturae secundum se sumpta proprie & peculiariter ratione illius conditionis seu status, qui explicatur per illam particulam secundum se, in sensu predicto, conuenit illi per intellectum: huiusmodi autem est predicta unitas, ut ostendem est.

Et hinc obiter intelligitur nullæ & quiuationem VI. committi à D. Thoma, Caietano, & alijs (ut putauit *Vindicator* Fonseca) quando dicunt, quicquid conuenit naturae secundum se aut per se, conuenire illi in individuo existenti: quia quicquid per se alicui conuenit, semper conuenit: nam utrobique, per se, sumunt eodem modo, scilicet, posteriorifice, ut reuera sumendum est. Et similiter, quando idem auctores distinguunt, tripliciter aliquid conuenire naturae, scilicet, vel ut in individuo existenti, vel ut in intellectu, vel secundum se, eodem sensu sumunt illud, secundum se, scilicet pro eo, quod per se & ab intrinseco conuenit naturae, & non ratione alicuius status contractionis, aut precisionis seu abstractionis. Supponit enim (id quod verum esse ostendimus) nihil posse naturae proxime & immediate, quatenus talis natura est, conuenire, nisi etiam per se conueniat, atque econtrario quicquid contingenter conuenit naturae communis, conuenire illi ratione status individuationis, quem habet in re, aut separationis, quam habet per intellectum. Vnde, ut apertius tollatur & quiuationem, omne predicatum, quod dicitur immediate (ut sic dicam) de natura communis, id est, non ratione individuum, potest dici conuenire illi secundum se, tamen hoc predicatum potest esse duplex; unum conueniens naturae, ut precise habeti talem rationem formalem, ut esse animal rationale, & consequenter esse risibile, admiratum, &c. & huiusmodi predicata dicuntur propriis ne conuenire naturae secundum se, & per se, id est, ex hoc precise, quod talis natura est. Et hoc modo est sermo D. Thom. & aliorum de natura secundum se, quando illam distinguunt à duplice status eius. scilicet in individuo, vel in intellectu, & ideo recte concludunt, quicquid hoc modo conuenit naturae secundum se, conuenire illi, ubiunque & quomodocong exsistit. Alia vero predicata dici possunt conuenire naturae secundum se, id est, in communi sumpta, non tamen ratione ipsius naturae, sed ratione illius precisionis & separationis, quam circumscribit illa particula, secundum se. Et talis consideratio naturae coincidit cum statu, quem natura habet per intellectum, & illa predicata similiter coincidunt cum attributis, quae conuenient illi naturae ratione illius status: alioqui oportaret, quartam considerationem naturae adhibere praeter triplicem nuper expostam, quod inauditem est. Cum ergo illa unitas dicatur conuenire naturae secundum se, non tamen hoc ipso, quod natura talis est, sed hoc precisely, quod secundum se sumitur, vel consideratur, plane conuinatur, eam unitatem non conuenire naturae, nisi secundum statum, quem in intellectu habet.

M 2 Tertiū

VII.

Tertio probatur, & declaratur amplius eadē consequentia principialis argumenti, quia natura actū existens non distinguitur ex natura rei ab individuo, & ideo ut si non potest habere unitatem realem repugnantem individualitati, qualis est unitas communis, sed natura etiam communis sumpta ut possibilis; vel secundum esse essentia non distinguitur ex natura rei ab individuo sumptis etiam in esse possibili; seu secundum esse essentia individuo: ergo eadem ratione non potest conuenire tali naturae secundum se, & ante intellectum aliqua unitas repugnans unitati individuali, qualis est illa unitas præcisionis seu numerica communis. Maior confat ex dictis, & ab alijs non negatur. Minor probatur facile, quia eadem est proportio rerum possibilium inter se, que est existentiū inter se: quia non aliæ res existunt, aut sunt nisi que sunt possibilis. Neque humanitas possibilis habet aliam essentiam, nisi quam haberet, dum existit: ergo si humanitas ut sic, quando actu existit, non distinguitur ex natura rei ab hac & illa humanitate, neq; etiam humanitas ut possibilis distinguitur ex natura rei ab hac & illa humanitate possibilis. Imo, si proprio loquamur, humanitas non est possibilis, nisi in quantum hæc & aliæ individuæ humanitatis possibilis sunt, sicut neque existit humanitas, nisi in quantum individua humanitas existit. Consequientia vero probatur eadem ratione & proportione: quia humanitas possibilis non est aliud ab hac & illa humanitate secundum rem, & secluso intellectu: ergo non possunt illi conuenire unitates repugnantes. Et confirmatur: nam, si hæc unitas conuenit naturæ ante intellectum, cuiusq; natura conuenit? an singulari? & hoc non, vt per se notum est, & ipsi fatentur, aut communis quatenus communis est? & hoc non, quia nulla est talis natura, etiam possibilis ablata operatione intellectus, aut naturæ ut natura est, nihil aliud adiungendo etiam per intellectum? & hoc etiam non, quia ut sic solum habet naturæ unitatem formalem, quæ communicatur individui, & in eis multiplicatur: ergo, secluso intellectu, nullum esse potest adquatum subiectum, & fundamentum talis unitatis.

VIII.

Fundamen-
tum oppo-
site sententia
suerisur.

Ad difficultatem ergo responderetur, negando quod in ea assumitur, scilicet naturam humanam, verbi gratia, habere ex se unitatem aliquam distinctam ab unitate formalis. Procedit autem illa obiectio ex falso principio, nimurum quod natura specifica ex se praescindat, ab individuo aliqua præcisione reali, seu qua ex natura rei illi conueniat: cum reuera non praescindat, nisi per intellectum abstractentem, & concipientem naturam communem absq; individuo, cuius quidem præcisionis est in natura ipsa fondamentum: sed hoc non est aliud ab unitate formali, que in individuo multiplicatur, & est in eis per identitatem. Aliud etiam falsum videtur in ea obiectione supponi, scilicet naturam specificam, v.g. esse ordine naturæ priorem individuo, & vt sic habere unitatem illam præcisionis, seu numeralem communem: nam, si sit sermo de prioritate reali, id est, fundata in aliqua reali causalitate seu habitudine, vel ordine reali, id non est verum, cum quia, vbi non est distinctio ex natura rei, non potest esse realis ordo, vel causalitas. Tum etiam, quia neq; in ratione existendi, neq; in esse essentia potest intelligi talis prioritas. Primum patet, quia si aliquis est ordo, potius natura specifica existit, quia aliquod eius individuum existit, huc Aristoteles dixit de primis & secundis substantijs. Secundum patet, quia esse essentia præcisum ab existentia, nihil aliud est, quam entitas rei in esse possibili, vt infra ostendetur: probauimus autem, etiam hoc modo uniuersalia esse possibilia ratione singularium possibilium. Quod si esse essentia sumatur pro prædicatis quidditatibus præcisè sumptis, & abstractis à differentijs individuantibus, huiusmodi esse essentia inuoluit operationem rationis concipientis com-

munem rationem, in qua individua conueniunt, abstractam a proprijs eorum differentijs. Si vero essentia communis hoc modo sumpta dicatur prior natura, non propria & reali prioritate, sed illa, quæ dicitur esse subsistendi consequentia, illa potius est prioritas rationis: inuoluit enim conceptum mentis abstractentem rationem communem à singularibus: vnde esse hoc modo prius, nihil aliud est, quam esse uniuersalius. Ex hac autem prioritate non potest colligi aliqua unitas numeralis, quæ conueniat naturæ secundum se ante individua, & ante omnem intellectum: nulla ergo est talis unitas, nisi tantum per rationem, & conceptum mentis, vt in conclusione diximus.

Sed contra dicta obiecti potest, quia natura uniuersalis ut sic, non potest dici una numero in ratione uniuersalis per extrinsecam denominacionem à conceptu formalis mentis, scilicet, quia per unum conceptum numero representatur: ergo oportet vt dicatur una numero in ratione uniuersalis ab aliqua alia unitate, quæ in natura ipsa præcedit, & per illum conceptum representatur: ergo talis unitas conuenit naturæ ex se, & non per intellectum. Primum antecedens patet primo, quia potius conceptus habet unitatem ab obiecto, quæ econuerso: ergo non ideo obiectum est unum, quia conceptus est unus, sed contrarium. Secundo, quia alias eadē natura à diuersis hominibus distinctis conceptribus representata effet plura numero uniuersalia, nā multiplicata forma dante unitatem, multiplicabitur unitas. Consequens autem est plane falsum: non enim dicemus esse plures numero species humanas, propterea quod humana natura pluribus conceptribus representetur: sicut non sunt plures Christi Domini facies, propterea quod pluribus imaginibus representetur: sicut ergo conceptus plures non dant naturæ uniuersali pluralitatem, ita neq; unus conceptus dat unitatem, sed supponit illam: ergo hæc unitas, de qua loquimur, non fit per rationem, sed conuenit naturæ ex se, quatenus obiectibilis est pluribus similibus conceptribus.

Respondei potest, solum probari, naturæ secundum se conuenire unitatem formalem, eamq; supponi conceptioni mentis, & ratione illius naturam humanam, v.g. posse habere rationem unius obiecti respectu conceptus abstractentis, & præscindentis illam, & quia illa non multiplicatur, etiam formales conceptus eiusdem naturæ multiplicetur, ideo simpliciter non multiplicari numero huiusmodi uniuersale, vt uniuersale est. Sed contra, quia sola unitas formalis non sufficit ad constitendum hoc numero uniuersale, nisi aliquid aliud addatur, quia talis unitas communis est rebus individuis, & multiplicabilis in illis: ergo præter unitatem formalem necessaria est alia unitas, à qua natura communis ut sic dicatur una numero in ratione uniuersalis, nihil enim potest unum numero denominari, nisi ab unitate, quæ sub ea ratione numerica sit, & de hac procedit argumentum. Vt, verbi gratia, natura humana dicitur una numero species: non potest ergo habere illam unitatem à sua unitate formalis ut sic: quia Petrus habet similem unitatem formalem, & non est talis species: ergo est alia unitas naturæ humanæ incommunicabilis individui, à qua denominatur una species. Vel ergo habet illam unitatem à conceptu mentis, & ita multiplicabitur hæc unitas, multiplicato conceptu, vt argumentum factum contendit, vel non fit per conceptum, & sic conuenit naturæ ex se, vt opposita opinio dicebat. Respondei, declarando amplius responsionem dataui, verum quidem esse unitatem formalem non sufficere ad unitatem uniuersitatis, seu vt natura dicatur unum numero uniuersale, sed necessariam esse præcisionem mentis, ratione citius conueniat naturæ sic abstractæ unitas incommunicabilis individui, quæ consistit in individualitate, seu incommunicabilitate ad plures naturas

IX.

X.

naturas sic abstractas & communes, cum aptitudine ut communicetur pluribus naturis contrariis seu individuis: hec autem negatio seu incomunicabilitas non multiplicatur in natura, etiam si conceptus formales numero multiplicentur, & ideo necesse non est, ut propter plures conceptus formales numero distinctos, dicatur natura concepta esse plura vniuersalia numero distincta.

XI. Ad objectionem ergo in forma respondetur negando primum antecedens in sensu iam exposito. Ad primam probationem respondetur, ad vnitatem conceptus formalium satis esse, ut ex parte obiectu supponatur vnitatis fundamentalis conceptus obiectui, quæ consistit in similitudine seu conuenientia plurium singularium in vnitate formalis: nam hoc satis est, ut intellectus sua vi & efficacia intelligendi possit abstrahere conceptum obiectuum communem: vnde quoad hanc præcisionem talis obiecti communis & vniuersalis, intellectus non supponit obiectum suum, sed facit, seu potius confert illi statum illum præcisionis per extrinsecam denominationem. Ad secundam probationem respondetur, formam à qua proprie natura denominatur sic una, non esse ipsum conceptum mentis, sed esse negationem incomunicabilitatis ad plures naturas sic communes, quæ negatio fundatur in abstractione mentis, èadem autem est talis negatio, siue haec abstractio fiat per unum, siue per varios conceptus formales numero distinctos.

XII. Alter etiam dici posset, quod, licet in abstracto multiplicentur intentiones vniuersalitatis ex multiplicatione conceptuum formalium circa eadē naturā (quomodo dicere solent Dialectici), distinctam numero relationem rationis speciei insurgere in natura humana per distinctam comparationem eius ad individua facta à Petro, & Paulo, vel ab eodem diuersis temporibus) nihilominus tamen vniuersale in concreto simpliciter non multiplicatur, quia id quod substat tali intentioni vniuersalitatis, formaliter non multiplicatur, sed sumitur ut habens eandem omnino formalem vnitatem cum eadem præcisione. Sicut, quamvis plures albedines numero distinctæ inhærente possint eidem homini, non dicetur plura alba, sed vnit: & paries, quamvis in ratione visi constituantur seu denominantur à visione, quæ est in oculo, non denominantur plura visa, sed unum, quamvis pluribus visionibus simul videantur: nam in huiusmodi concretis vnitatis sumuntur ex supposito seu obiecto, seu quod se habet ad modum subiecti. In praesenti autem, natura quæ denominatur vniuersalis, si haber ad modum subiecti respectu intentionis vniuersalitatis, & ideo, quamvis forme seu conceptus denominantes multiplicentur, vniuersale non multiplicatur, quia omnes versantur circa eandem naturam, eamque præscindunt secundum tandem vnitatem formalem.

SECTIO IV.

Quid sit in natura vniuersali aptitudo ut sit in multis.

I. Atio dubitandi satis constat ex dictis duabus sectionibus precedentibus, & præcipue ex argumentis in sectione 2. propositis: ad illa enim clarius solvenda haec dubitatio proposita est.

II. Dico ergo primo. Aptitudo naturæ communi sit in multis non est aliquid conueniens ipsi naturæ, prout à parte rei existit. Hec conclusio receptissima est, ut videtur euident, præsertim, si supponamus, quod sæpe dictum est, vniuersale non distinguiri ex natura rei à singularibus, seu inferioribus. Probatur ergo, quia à parte rei nihil est, nisi singulare & individuum, & in ipsis singularibus nihil est ab eis ex na-

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

tura rei distinctum: ergo in natura prout à parte rei existit, non potest esse aptitudo vna ad essendum in multis. Patet consequentia, quia in re individua ut sic, non est talis aptitudo, seu non repugnaria, sed potius repugnativa opposita: natura autem, prout existit in rerum natura individua est, prorsus distincta in re ab ipsis individuis. Dicunt aliqui, licet in natura existente non sit potentia proxima, ut sit in multis, quia ut sic est contraria & determinata ad unum, esse tamen aptitudinem remotam, quia quantum est ex se, si contraria auferatur, potest communicari multis, sicut materia prima existens sub una forma, & sub dispositionibus illi accommodatis, non est proxime apta ad alias formas, retinet tamen suam aptitudinem remotam ad illas. Sed exemplum non est ad rem, quia materia & aptitudo eius subtilialis ad formam, est una numero & singularis entitas distincta realiter à forma, & dispositionibus, quas nūc habet, quæ potest hanc formam amittere, & aliā recipere, & ideo mirum non est, quod materia existens sub una forma, retineat aptitudinem radicalē ad recipiendas alias. At vero natura communis ut contraria ad hoc individuum non est aliquid ex natura rei distinctum ab ipso, vel à differentia contrahente: nec fieri potest, ut natura humana, v. g. existens in Petro eadem secundum rem amittat individuationē quam habet in Petro, & acquirat aliā, & ideo ut in re existit, nec proximam, nec remotam habitudinem habet ad existendum in multis, nec simul, nec successivę.

III.

Vnde argūmentor secundo, quia omnis natura communis ut in re existit in vnoquoque individuo, ita est determinata ad illud, ut non possit eadem secundum rem ad illud determinari: ergo in nullo individuo est indeterminata ad plura individua: opponuntur enim contradictorie seu priuati, esse determinatam ad hoc, & esse indeterminatam ad plura: ergo in nullo individuo habet realem aptitudinem ad essendum in multis, quia haec aptitudo esse non potest sine indifference: ergo absolute, prout in rerum natura existit, non habet illam aptitudinem, quia non existit, nisi prædicto modo determinata in individuis. Dices, non repugnare esse de se indifferentem, determinatam autem per differentiam individualem: vtrumque ergo poterit habere natura in individuis existens. Respondeatur, quidquid sit de se indifferentes, de quo statim dicam, tamen ex illa solita colligitur naturam non habere determinationem sine differentia individuali: quod licet ita sit, nihilominus, postquam natura adiungitur talis differentia individuallis, non potest natura sic contraria manere actu indifferens. Sed ad summum dici potest, quod, si non haberet illam contractionem, esset indifferens: quia tamen de facto nunquam est sine tali contractione, ideo de facto nunquam existit indifferens, neq; cum aptitudo ut sit indifferens.

IV.

Tertio id declaratur, quia natura vniuersalis non existit in multis, nisi per identitatem cū singulis eorum: sed talis natura identificata vni individuo, non potest eadem secundum rem, & secundum existentiam realem identificari alijs: ergo talis natura, ut in re ipsa individuus communicatur, & in eis existit, non potest habere aptitudinem realem essendi in multis. Maior certa est ex supra dictis, in quibus ostendimus vniuersale non distinguiri à singularibus ex natura rei. Imò ad efficaciam prædictæ rationis sufficit identitas realis, nam ratione ipsius identitatis, non potest genus contractum ad unam speciem, idem secundum rem, & existentiam realem contraria ad aliam. In genere igitur, specie, & differentia essentialia euides est maior propositio sumpta: quia, cum haec sint essentialia suis inferioribus, & essentialiter prædcentur de illis, non per modum partis, sed per modum totius, quia pars non prædicatur de toto, necesse est, ut quatenus de illis prædiantur,

sunt in illis per identitatem, quia nihil magis identificatur cum vnaquaque re, quam essentia eius. De Proprio vero & Accidente hæc sitare quis potest, quia hæc non videntur esse in suis inferioribus per identitatem, sed per informationem. Sed nos de prioribus vniuersalibus principiis loquimur: nam propriissima vnitas naturæ vniuersalis est respectu inferiorum, quæ sub illa essentialiter continentur. Tamen etiam in proprio & Accidente, ut vniuersala sunt, verum habet propositio assumpta. Nam Proprium & Accidens non habent rationem vniuersalis, ut sunt formæ quædam physicæ informantes subiecta sua, tum quia sub hac ratione considerantur in abstracto, quomodo non prædicantur de suis subiectis. Tum etiam, quia etiam hoc modo nullum datur in re ipsa propria vel accidentis, quod de vniuersale sit ad plura subiecta informanda. Et, quamvis secundum communem rationem aliquius proprii vel accidentis, v.g. albedinis, vel risibilitatis, possit aliquo modo dici forma vniuersalis respectu talium subiectorum, tamen hoc ipsum non conuenit hinc formæ, nisi quatenus communis ratio eius per identitatem existit in singulis formis individuis informantibus, talia subiecta. Et hoc modo talis aptitudo essendi in multis reducitur ad modum essendi in inferioribus per identitatem. Propriè vero hæc dicunt ut vniuersala, quatenus in cōcreto sumpta, apta sunt prædicari de subiectis suis: & sic etiam sunt in illis per identitatem, non ratione formæ accidentalis, sed ratione suppositi. In tantum enim vnum de multis & de singulis vere predicatur, in quantum est idem cum illis: nam propositio affirmans, hoc esse illud, ut vera sit, requirit identitatem aliquam inter prædicati & subiectum, quia necesse est, ut pro eodem supponant, & quod vel explicite, vel implicitè id signifcent. Sic igitur verum est, omne vniuersale esse in suis inferioribus per identitatem, quæ erat maior propositio assumpta. Minor vero satis probata est in precedente ratione, & ferè ex terminis patet, quia natura specifica, v.g. prout in re existit, ita identificatur cum vnoquoq; individuo, in quo est, ut quatenus in illo est, non posit amittere identitatem cum illo, & consequenter neq; possit, ut sic habere identitatem realem cum alijs, repugnat ergo tali naturæ, ut in re habeat aptitudinem ad essendum in multis per identitatem: ergo cum actus essendi in multis naturæ vniuersalis sit per identitatem, aptitudo realis ad talem actum repugnat reperiiri in natura à parte rei existente.

V. Tertia ratio adiungi potest, quia si hæc aptitudo est in natura existente: ergo ipsa etiam aptitudo in re existit: ergo ipsa etiam aptitudo est singularis & individua, nam quicquid in re existit, singulare ac individuum est: ergo talis aptitudo erit in aliqua natura individua, non enim potest esse per se separata, sed in natura, cum sit proprietas & aptitudo eius: cum autem sit realiter existens & individua, necesse est, ut sit in natura realiter existens & individua, & consequenter, cum non sit maior ratio de vna natura individua, quam de alijs, erit talis aptitudo in omnibus ac singulis individuis naturis. Hinc autem multa absurdada sequantur. Primum, tot esse naturas humanas vniuersales, quot sunt naturæ in singulis individuis contractæ, quia vnaquaque earum est in se vna habens suam propriam & realem aptitudinem essendi in multis, distinctam ab aptitudine alterius. Neque enim singi potest, quod eadem numero aptitudo ad essendum in multis sit in omnib. naturis individuis. Alioqui dicendum etiam est, eadem numero naturam esse contractam ad singula individua, quo nihil potest esse absurdius. Sequela patet, quia aptitudo non est, nisi in natura: immo nec singi potest res distincta a natura: ergo, si aptitudo est vna numero in omnibus, natura etiam erit vna numero in omnibus. Item, vel illa aptitudo dicitur vna numero quasi collectiue, ita ut non sit tota in singulis naturis,

sed in vnaquaque sit aliquid illius aptitudinis, & ex omnibus refuleret vna aptitudo ad plura individua, & hoc extra propositum est. Quia juxta illam explicationem in vnaquaque natura individua tantum est aptitudo essendi in se ipso, & nulla habet aptitudinem essendi in multis. Quod si sit sermo de collectione, sicut tota collectio aptitudinum consideratur per modum vnius, ita etiam considerari potest tota collectio naturarum illa, vero, ut sic, id est, ut vna collectio, non est, in multis, quia tota collectio non est in singulis naturis individuis, sed in aggregato omnium: hæc ergo vnitas collectionis impertinens est ad rationem vniuersalis, quod ita debet esse in multis, ut totum sit in singulis eorum: vel illa aptitudo est in se vna simpliciter, & est tota in singulis, & in omnibus individuis, & sic erit idem dicendum de ipsa natura propter eandem rationem: & quia non est maius inconveniens, hoc admittere in natura ipsa, quam in illa aptitudine. Quod autem utrumque absurdissimum sit, patet, tum quia hoc multo maius est, quam ponere unum accidentis numero simul in diversis subiectis, tum etiam, quia terminis inuoluitur repugnatio, cum dicitur, eandem numero naturam contrahat ad plura individua, quia si est eadem numero, ergo vna numero & individua: ergo incomunicabilis multis individuis. Rursus sequitur, in vnoquoq; individuo esse aliquā intrinsecam realem aptitudinem ad differētiam individualem alterius individui: hoc autem impossibile est, quia ad id, quod omnino repugnat, non potest esse realis aptitudo, sed omnino repugnat, ut aliquid quod in me essentialiter & realiter est, contrahatur, & individuat per differētiam individualem alterius hominis: ergo non potest ad hoc esse in me realis aptitudo.

Dico secundò: Aptitudo ad existendum in multis non est aliqua proprietas realis conueniens naturæ communis secundum se ante operationem intellectus. Hæc assertio probari potest eisdem fere rationibus, quibus paulo ante ostendimus, naturam secundum se non habere vnitatem præcisionis, nisi per intellectum; hæc enim duo sese consequtentur. Nam si natura ut actu existens, non est realiter apta esse in multis, ideo est, quia non existit, nisi contracta & determinata ad hoc vel illud individuum: ergo talis aptitudo ad essendum in pluribus, non potest conuenire, nisi naturæ ut præcisæ ab omni contractione: ergo, si natura non haberet hanc præcisionem ex se, sed per intellectum, neq; etiam poterit secundum se habere hæc aptitudinem ante omnem intellectum. Secundò, quia si hæc aptitudo conuenit naturæ secundum se ante omnem intellectum, aut conuenit naturæ existenti, aut non existenti: non quidem naturæ existenti ut ostensum est, quia non existit nisi effecta individua per identitatem: neq; etiam conuenire potest naturæ non existenti, quia, ut natura non existens possit cōcipi, ut habens hanc aptitudinem, debet faltem concipi ut possibilis, quia posse esse in multis, intrinsecè includit & supponit posse esse: ostensum est autem, naturam ut possibilem tam esse individuam, quam naturam ut existentem: non ergo magis potest esse in natura ut possibili, quam ut existente.

VII. Tertio: nam inquirio, quid sit hæc aptitudo. Respondent esse modum quendam positivum conuenientem naturæ secundum se, in quo fundatur non repugnatio naturæ, ut sit in multis: eum tamen modum non esse actualem, sed potentiale, id est, esse talem, ut non possit conuenire naturæ actu existenti, sed tantum in potentia, seu obiectu existenti. Quo etiam sit, ut talis modus non sit omnino inseparabilis à natura: sed potius separabilis, quia natura actu existens non habet aliam aptitudinem, neque talem essendi modum. Sicut (inquiunt) modus essendi, quem habet res in suis causis, modus realis est, conueniens rebus, quamdiu non existunt, qui definit illos conuenire, quam primum producuntur, quia iam non

non in causis, sed extra causas esse dicuntur. Sed haec mihi non probantur: non enim satis concipio modum realem, & positiuum, & quo e impossibile sit illum existere in rerum natura. Nam eo modo, quo aliquid positiuum realis dicitur, clauditur sub latitudine entis realis: ens autem realis non est, nisi in ordine ad actum essendi: ergo, cui omnino repugnat actus essendi, non potest sub latitudine entis realis comprehendi: ergo nec potest esse res, nec modus realis positiuum. Quod si non est modus realis, erit modus rationis, & consequenter non conueniet natura ante intellectum. Præterea hic etiam vrgit argumentum supra factum, quod prædicta contingentia non conuenient natura secundum se, sed ratione aliquis additi, status ve, quem in re habet, aut intellectu: si ergo haec aptitudo illi ex se conuenit, & non ratione aliquius status, conueniet etiam illi per se, & non contingenter: ergo conueniet illi inseparabiliter, quod ipsi merito negant, quia in individuis ei non conuenit.

VIII. Deinde illa aptitudine quæ concipienda dicitur ut modus quidam potentialis realis, inquiram etiam, si fit concipienda ut una numero, vel vt una tantum specie, & multiplicabilis numero. Hoc posterius dici non potest, quia oportet concipere illam, ut multiplicabilem in individuis, quod repugnat. Primum etiam vix potest mente concepi, quomodo enim una numero aptitudo realis potest concipi in ordine ad plures differentias individuales distinctas, cum reuera nulla sit quæ eadem numero possit simul, vel successiue in illis omnibus contrahiri? Quod si dicitur illa non esse una numero simpliciter, sed secundum quid, scilicet unitate numerica communis, iam ostenditur est, talem unitatem nullam intelligi posse, nisi per rationem. Denique vel illa aptitudo intrinsecè consequitur unitatem formalis naturæ specificæ, vel ab extrinseco ei aduenit. Si primum dicatur, sequitur, non magis esse posse unam numero, quam sit ipsa unitas formalis, quam ostendimus non esse unam numero cum sit multiplicabilis numero. Sequitur etiam aptitudinem illa reperiri, vbi cunque unitas formalis reperiatur, quod est falsum: alioqui reperiatur in individuis. Si vero dicatur secundum, assignandum erit, unde, vel ex quo principio, seu causa accidat hac aptitudo naturæ habenti talem rationem formalem declarandum subinde erit, in quo statu, vel sub qua conditio ne, quæ se teneat ex parte ipsius naturæ, & non ex parte intellectus fingerenda aut cōcipienda sit illa natura, quæ est veluti adequatum subiectum illius aptitudinis, & plane intelligetur neutrū horum posse declarari, nisi in ordine ad abstractionem & separationem, quæ mente sit: quia hac seclusa, nulla est natura communis ex natura rei distincta ab individuis, sive in statu actualis existentia, sive in statu potentiali, aut in esse essentia seu possibili, ut s̄pē declaratum est.

IX. Exemplum autem illud de modo potentiali, quæ dicitur res habere in causa antequam existat, nihil iuuat prædictam sententiam. Primo, quia modus ille quatenus realis dicitur, vel existimatur, est aliquando in rerum natura, scilicet quandiu res in causa esse dicitur. Deinde, quia etiam ille modus, vel non definit esse, quando res producitur extra causas suas, vel quæ ex parte definit esse non est modus positiivus, sed potius priuatiuum, quando enim dicitur res habere esse tantum in causa, prius quam existat, duo dicuntur; primum est, quod in causa est virtus ad dandum esse talis rei, quæ virtus quasi per denominationem extrinsecam denominat effectum esse, non simpliciter, sed in causa, & quantum ad hanc non amittitur tale esse in causa, etiam res in se & extra causam producatur, quia virtus causa integræ manet. Aliud, quod indicatur, cū dicitur res habere esse in causa, est in se nondū existente, & hoc est, quod a-

mittitur, quando in se producitur, hoc autem non est positivum, sed priuatiuum, ut constat. Dices, vtrā haec esse ex parte effectus modum quendam potentiale, quo possibilis dicitur, qui modus admittitur, ex quo incipit existere. Respondetur, hunc non esse modum positivum ex parte effectus distinctum à prædictis, quia, ut dicitur inferius tractando de essentia & existentia, aptitudo obiectiva rerum possibilium ad existendum, non est ex parte illarum, nūi non repugnantia quædam, & ex parte causalē denotat potentiam ad illas producendas. Quamquam, quod ad præsens artinet, licet daremus illam aptitudinem esse modum positivum, dicendum consequenter est, cum res producitur, non amittere illam aptitudinem quodam positivum, sed solum quodam parentiam sui actus: nam res, quando existit, non est minus apta ad existendum, quam antea: sed solum habet actum existendi, quem antea non habebat: neque est verisimile, quod amitteret modum positivum realis, per hoc præcisè quod actu incipit existere.

Dico tertio: Aptitudo naturæ communis ut sit in multis solum est indifferentia quædam seu non repugnantia, quæ fundamentum habet in ipsa natura secundum se, actu vero non conuenit illi nisi prout subest abstractioni intellectus. Haec assertio communis est: in eaque evidenter conuenire autores citati, maxime Calestranus, & ali Thomistæ. Prius vero declaranda est, deinde probanda. Duobus enim modis intelligi potest, hanc indifferentiæ conuenire natura secundum se. Primo, quod ipsa non repugnatio per se conueniat naturæ ex vi sua unitatis formalis. Et hic sensus est falsus: alias non repugnatio seu indifferentia (quod idem est) est in inseparabilitate naturæ, & consequenter natura, ut in re existens habere illam non repugnatio, quod est aperte falsum, nam vt est in re, est ita in re, & per identitatem individualis effectu, vt illi repugnet esse in multis. Alio modo potest intelligi merè negari, scilicet quod natura ex vi unitatis sua formalis præcisè sumptæ non habet repugnatio, ut sit in multis. Et hic sensus est verus. Ex quo facile patet conclusio, quod utræque partem: nam in primis fundatur talis non repugnatio sic explicata in ipsam et unitatem formalis, quæ ex se individualis non est, & hoc modo dici potest natura, etiā in re existens habere hanc non repugnatiæ: quia etiam in re ipsa non est incomunicabilis ex vi unitatis formalis sua, sed ex vi unitatis individualis: quamquam enim tota natura, & unitatis formalis quæ est in individuali, incomunicabilis sit, eique repugnet esse in multis, nihilominus id non habet ex vi unitatis formalis naturæ, sed ex individualitate.

X. Et hinc confirmatur altera pars, scilicet haec aptitudinem ad essendū in multis est per non repugnatiæ explicata, non conuenire naturæ communis prout existentia parte rei, quatenus ad rationem universalis necessaria est. Quia, ut natura sit universalis, non satis est, ut ex se non habeat determinationem ad unum, si aliunde, salte ex adiuncta differentia individuali, illa habet, sed requiri ut absolute & simpliciter sit in differens: sed prout existit à parte rei non est ita in differens, sed potius est simpliciter determinata ad unum vbi cunque existit: ergo natura prout in re existit, non habet indifferentiam seu non repugnatiæ. Confirmatur, & declaratur, quia repugnatio essendi in multis conuenit naturæ existenti ratione individualis differentiæ: ergo naturam esse aptam ad existendum in multis per non repugnatiæ, nihil aliud est, quam esse aptam ad existendum in multis per abstractionem, seu præcisionem ab omni differentia individuali: haec autem præcisio & abstractio non conuenit naturæ ut existenti à parte rei, neque etiam conuenit illi in aliquo statu, qui omnem intellectus considerationem antecedat: quia nullus est huiusmodi statu, in quo natura secundum se abstrahat ab individuali, vel existentibus, vel possibilibus, ut supra

M 4 decla-

declaratum est: ergo. Tandem confirmatur à suffici-
ente partium enumeratione, quia hæc aptitudo, vel
repugnantia non conuenit natura existenti secun-
dum se ante omnem actum intellectus, ergo solum
potest illi conuenire ut subest conceptioni intellec-
tus. Præterim, quia declaratum iam est, hanc non
repugnantiam, vel indifferentiam constiteret aut o-
riri ex separatione omnium differentiarum inferio-
rum, seu individuum, hæc autem separatio nullo
modo antecedet in ipsa natura, neque in re existente,
neque sumpta in aliquo statu possibilis, sed solum
Prout est obiectum in intellectu: ergo.

XII.
Obiectio.

Reffonsio.

Individua
plura quare
esse possint
sab una spe-
cie, non sub
alii.

Sed in habitat aliquis, quia, quod plura individua
possunt sub eadem specie multiplicari, non prouenit
ab intellectu, sed in ipsa re natura fundatum est: er-
go & aptitudo essendi multis conuenit naturæ ex
se, & non ab intellectu. Pater consequentia, quia hæc
duo, vel sunt idem, vel in re ipsa se mutuo consequi-
tur, scilicet, individua posse sub eadem specie mul-
tiplicari, & naturam specificam posse illis communi-
cari. Antecedens autem patet, tum quia individua
esse multiplicabili sub eadem specie, non est aliquid
per rationem conceptum, sed in rebus ipsis inveni-
tum etiam a contrario, quia si natura angelica (vt
multi volunt) non est multiplicabilis numero, id pro-
uenit ex aliqua reali, & intrinseca proprietate eius,
quod in dicta natura certissimum est: ergo econ-
uerso, quod natura humana sit multiplicabilis num-
ero est talis proprieas eius, & non aliquid ratio-
ne excogitatum. Respondetur hoc argumentum
confirmare conclusionem, & concludere aptitudi-
nem essendi in multis, fundamentaliter & remota-
re esse in rebus ipsis, non autem proxime prout dicit in-
differentiam, & indeterminationem naturæ communi-
cans ad unum. Hæc autem aptitudo remota & pro-
xima non in eo sensu nobis viupatur, quo aliqui
(vt supra dicebam) asserunt, aptitudinem, vel poten-
tiam sub uno actu esse remotam ad alios, & naturam
in re existentem habere hanc aptitudinem, id enim
fatis est à nobis improbatum. Sed fundamentum remo-
tum huius aptitudinis voco naturalem condi-
tionem seu proprietatem talis naturæ, ratione cuius
non repugnat illi multiplicatio individuorum
intra eandem speciem: hæc autem proprietas non est
aliqua aptitudo naturæ communis vt hic, quæ intel-
ligatur quasi potentia quædam actuabilis per plures
differentias, sed est solum talis perfectio & limitatio
huiusmodi naturæ. Vnde hæc proprietas, quæ fundat
hanc indifferentiam seu non repugnantiam, non
solum in natura communis & præcisâ intelligi potest,
sed etiam in ipsis particularibus seu individuis, vt
talia sunt. Vt verbi gratia, in specie humana unum
quodque individuum talis conditionis est, vt illi non
repugnet habere aliud simile in specie, & utrique seu
omnibus individuis illius speciei commune est, vt
eis non repugnet habere alia similia tantum secundum
aliquod genus, & non in specie, quod eis pro-
uenit, vel ex eo quod materialia sunt, vel ex eo, quod
sunt substantiae finitæ, quibus non repugnat vt inter
se habeant similitudinem, vel conuenientiam uni-
uocam. Sic ergo recte intelligitur, & hanc aptitudi-
nem essendi in multis habere fundamentum in re-
bus ipsis, & tale fundamentum non esse positivam
aliquam aptitudinem in re ipsa communem & in-
differentem, sed limitationem, seu conditionem tam-
pum rerum, quæ nihil in sua entitate includunt ra-
tione cuius eis repugnet habere alias res, sibi similes
in perfectione, vel æquales. Ac denique intelligitur
hoc fundamentum indifferentia, seu non repugnan-
tia non esse singendum solum in natura communis
secundum se, sed in ipsiusmet individuis, & singulari-
bus rebus, quia, licet in quoquo individuo natura sit determinata ad illud tantum, nihilominus
ita est in illo, vt ex vi eius non repugnet esse in alto si-
mili, seu potius similem naturam esse in alio indivi-

duo: & hoc solum est fundamentum sufficiens ejus
indifferentia, & aptitudinis essendi in multis, quæ est
in communi natura vt abstracta per intellectum, &
non est indeterminatio aliqua, quam natura ipsa ex-
se, vel in individuus habeat.

XIII.
Reffonsio.

Ad obiectum ergo in forma concedo antece-
dens, scilicet res aliquas individua posse similes in
specie multiplicari, esse fundatum in rebus ipsis, &
non in operatione intellectus: distinguo autem con-
sequens, scilicet aptitudinem essendi in multis con-
uenientia naturæ ex se. Potest enim intelligi per apti-
tudinem proximam, id est, quæ à nobis concipiatur per mo-
dum cuiusdam capacitatris præcisæ ab omnibus dif-
ferentias contrahentibus, & actuabilis per illas, & hoc
sensu negatur consequentia: quia vt individua pos-
sunt in re multiplicari in eadem specie, non est necel-
laria talis capacitas, quæ in re ipsa præcedat in natu-
ra, sed sufficit, vt in individuus nulla sit proprietas
ratione cuius eis repugnet habere alia similia. Si autem
consequens illud intelligatur de fundamento
remoto in predicto sensu, sic conceditur consequen-
tia: non est tamen contra ea quæ diximus, vt constat.
Vnde, quod dicitur in probatione consequentia,
nempe, hæc duo idem esse, individua posse multipli-
cari in eadem specie, & naturam specificam posse illis
communicari, a qui oculum etiam est. Nam in multi-
plicatione individuorum eiusdem speciei non est in
re alia communicatio naturæ, quam assimilatio, &
conuenientia quædam inter ipsa individua, vnde
neque est in natura communis secundum se alia apti-
tudo vt communicetur multis, quam sit in ipsis in-
dividuis non repugnantia habendi alia similia. Si ergo
per communicationem naturæ specificæ nihil aliud
intelligatur, concedetur totum, & nihil infertur
contra dicta. Si autem (vt magis verba sonant) natu-
ram posse multiplicari multis, intelligatur per modū
superioris aptitudinis cuiusdam naturæ communis:
quæ, cum una sit, concipiatur tanquam se se diffun-
dens, & communicans multis, hoc est opus rationis,
& modus intelligendi noster: nigrum in re nihil huius-
modi accedit, neque necessarium est ad multiplicati-
onem individuorum inter se similium.

SECTIO V.

An unitas universalis consurgat ex operatione in-
tellectus. Et quomodo difficultibus in contra-
rium positis satisfaciendum sit.

L

PX dictis omnibus facile colligitur vera
resolutio de unitate universalis, & ar-
gumentum respnsio, quæ in sectio-
ne secunda proposita sunt.

II.

Dicendum itaque est unitatem uni-
versalem per intellectus functionem insurgere, sum-
pto ex ipsis rebus singularibus fundamento seu occa-
sione. Atque ita esse quotidiam unitatem rationis,
conuenientem naturis, prout obiciuntur menti, &
per denominationem inde insurgentem. Hanc ex-
istimam esse sententiam Aristot. locis citatis, qui hac
ratione dixit i. de anima, tex. 8. Universalis aut nihil esse,
aut posterior esse, id est, post intellectus operationem,
vt ibi D. Thom. Albertus Magnus, & omnes alii in-
telligunt, & propterea dixit ibi Comment. intellectum
facere in rebus universalitatem. Et 12. Metaphys. comm.
4. ait, universalia apud Aristotelem esse collecta ex parti-
cularibus in intellectu, qui accepit inter ea confimilitudinem,
& facit ea unam intentionem, & comm. 27. ait, uni-
versalia non habere esse extra animam, & comm. 28. ait, De
particulari non fit demonstratio, quanvis illud tantum sit
res in rei veritate. Eadem est sententia D. Thom. de
ente & essen. cap. 4. & aliis locis supra cit. qui citat
Auicen. 5. Metaph. cap. 1. Conuenient etiam in hoc
omnes Thomistæ, Capr. Caiet. Soncin. & allii supra
citat. Idem tenet Durand. in 1. dist. 3. quest. 5. & in 2.
distinct.

Distinct. 3. quæst. 7. Aegid. in i. quæst. 2. Prolog. & d. 19. p. 1. & Scotus posset in eandem sententiam trahi, nā verba eius non repugnant: cum dicat solum esse in rebus vniuersale in potentia, non in actu: & ita videtur eum exponere discipuli eius, vt late refert & tractat Foriseca dicto cap. 28. quæst. 5. sect. 2. sed non est quod in eo immoremur, nostra enim non multum refert quid Scotus senserit, præsertim, cum verba eius valde sint æquuoca. Et pro hac sententia citatur Damas. lib. 3. de fide. cap. 11. vbi ait: naturam aut sola cogitatione contemplari, aut in omnibus eiusdem speciei hypothæsis, quas coniungit: aut in uno individuo tantum. Vbi per naturam sola cogitatione contemplata, intelligit naturam ut vniuersalem: quomodo ait, nō existere, sed cogitari tantum; in individuis autem dixit existere, vel in omnibus secundum totam latitudinem suam specificam, ut realiter existentem, vel in uno tantum.

III. Ratione probatur, quia vnitas & aptitudo essendi in multis, quatenus ad rationem vniuersalis necessaria sunt, non conuenient realiter naturæ ipsi, sed per intellectum: ergo & vniuersalitas, eodem modo conuenit. Confirmatur ac declaratur, quia, si natura habet ante intellectum vniuersalitatem: ergo vel in individuis, vel in se: non in individuis, quia, nec vt in uno tantum, cum in illo sit individuum & determinata ad unum, neque in multis seu omnibus simul: tum quia natura potest esse vniuersalis, etiam si in uno tantum individuo reperiatur, tum etiā, quia nulla proprietas realis conuenit naturæ ut existenti in multis individuis, quæ non conuenit ei in singulari, vel in aliis eorum præter ipsum multitudinem individuationum, seu singularitatum, in qua vniuersalitas nō consistit, ut per se constat. Neque etiam potest vniuersalitas conuenire naturæ ut praescindendo ab individuis, nisi per intellectum, quia, si talis natura sumatur ut existens in re ipsa, non praescindit ex natura rei ab individuis, cum ab eis ex natura rei non distinguitur, ut ostensum est; si autem natura in se non est existens concipi non potest quis vel qualis sit ille status eius, nisi illum habeat obiectum in intellectu, quia realiter illum non habet, nec habere potest, neque etiam secundum esse essentia, seu possibile distinguunt ex natura rei ab individuis in eodem statu consideratis, ut sepe dictum est. Tandem si esse vniuersalem conuenit naturæ realiter, aut conuenit per se, aut ex accidente: neutrum dici potest: ergo non conuenit realiter: ergo per rationem tantum. Minor quoad primam partem patet, quia, si per se conuenire homini esse vniuersalem, conueniret etiam omnib. individuis: nam quidquid per se primum vel secundo conuenit superiori, conuenit etiam inferiori: & quia nulla proprietas potest adiungi naturæ superiori ratione inferiori, quæ repugnat essentia, vel proprietatis per se conuenientibus ei, cum neque hæc possint ab illa separari, neque cum proprietatibus repugnantibus simul manere. Quod ad posteriore autem partem probatur minor, quia, si vniuersalitas realiter conuenit & contingenter seu accidentaliter, erit accidens aliquod naturæ: ergo, si est accidens reale, conueniet illi ratione alius singularis, ut supra de unitate, & de aptitudine essendi in multis argumentabam. Item conueniet illi hoc accidens per aliquam actionem extrinseci agentis, vel per parentem actionis, si singatur esse accidens priuatuum: omnis autem huiusmodi actio respicit per se individua. Denique, nec singuli nec explicari potest quale sit hoc accidens reale, est ergo rationis & perrationem.

IV. Ad fundamenta contraria, posita in secunda sectione, iam declaratum est, quomodo natura in se sit communicabilis multis, non per aliquam aptitudinem, seu indifferentiam, quæ ipsi naturæ secundum se conueniat, sed solum per non repugnantiam ipsarum rerum singularium, ut habere possint alia

sibi similia, quæ non repugnantia non satis est ad rationem vniuersalis, ut declaratum est. Vnde ad primum negatur illa consequentia, natura humana non est de se incommunicabilis: ergo de se est communicabilis, nam in rigore est à negativa ad affirmativam ex parte illius modi seu termini, de se: & fieri potest, ut neutrum illorum de se ei conueniant, quamvis in re semper alterum eorum inicit. Quod si non in eo rigore sumatur particularia illa de se, ut scilicet idem sit, quod per se & ab intrinseco, sed solum, ut idem significet, natura de se, quod natura ex ratione formalis sua, & praecisa ab omni differentia inferiori, sic concedi potest consequentia, potius ratione materiæ, quam ratione formæ. Potest enim dici natura communicabilis de se in sensu superius explicato, quia non repugnat illi habere plura individua inter se similia in essentia & natura, neque vni individuo repugnat habere aliud sibi simile, que tamen non repugnantia non sufficit ad rationem vniuersalis, ut dictum est. Atque eadem responsio accommodanda est ad secundum argumentum: in ipsa enim natura reali nulla est aptitudo postritua, & reales ad plures differentias individuales, sed solum est non repugnantia in ipsis etiam individuis, ut habere possint alia sibi similia. Et inde prouenit, & quod natura dicatur communicabilis seu apta ut sit in multis, & quod talis natura non possit ad eam contrahi per vnam differentiam individualem, ut satis expotitum est. Ad tertium responderetur, omnia illa attributa dicere aliquo modo ordinem ad intellectum: fundantur autem in rebus ipsis, non quatenus in ipsis natura habet aliquam vniuersalitatem, sed quatenus in ipsis individuis est conuenientia & similitudo in essentia, & proprietatibus eius, & in intrinseca connexione, quam inter se habent essentia & proprietates, ratione cuius abstrahunt conceptus communis obiectui, ex quibus sunt vniuersales praedicationes, necessariaz ac perpetua veritatis, prout à tempore abstrahuntur. Et hoc modo dicitur esse scientia de vniuersalibus, & non de singularibus, non quia sit de nominibus, & non de singularibus, sed quia est de conceptibus obiectu communibus, qui, licet in re ipsa nō distinguantur à singularibus, distinguuntur tamen ratione, & hoc satis est ad omnes locutiones praeditas. Quod non satis adiuterunt Nominales, & ideo aliter loquuntur, quamvis in re non multum à nobis differant, ut diximus. Per quod responsum est ad ultimam confirmationem. Ad alia fundamenta nihil respondendum superest, nam ex dictis satisfactum est omnibus.

S E C T I O VI

Per quam operationem intellectus facit
res vniuersales.

BEc quæstio sub aliis verbis tractari solet in principio Dialecticæ, scil. an vniuersale fiat per abstractionem, vel per cōparationem intellectus. Tractarietiam solet, ac magis propriè in 3. de Animâ explicando obiectum intellectus, quod vniuersale esse dicitur. Quoniam vero dictum à nobis est, unitatem vniuersalem per opus intellectus resolutare, prætermittere nō possumus, quin declaremus, quod, & quale sit hoc opus intellectus. Oportet autem breuiter distinguere duplicum intellectum, agentem, & possibilem: illius munus est efficere species intelligibiles: huius operari, & intelligere per illas: habet autē duplē orationē (præmissis aliis, quæ ad præsens institutum non spectant) una vocatur directa, qua directe tendit in rem, quā species intelligibilis representat, & ad quam ducit intellectum per se ac simpliciter. Alia vocatur reflexa, qua intellectus reuol-

reiuoluitur supra priorem cognitionem, vel supra obiectum eius, secundum eas conditiones, vel denotationes, quas ex cognitione accipit.

Tres proponuntur opiniones.

II. Terresigitur in haec re possunt esse opiniones: prima est, vniuersale fieri per operationem intellectus agentis, quae antecedit omnem operationem intellectus possibilis, & consistit in productione speciei intelligibilis representantis naturam praesciam, & abstractam ab omnibus individualiis, que proinde dici solet abstractio naturae communis facta virtute intellectus agentis. Ita significat D. Thom. i. p. q. 85. articulo 1. in corpore & ad 4. & articulo 3. ad 4. 7. Metaphys. lectio. 13. de ente & essenti. cap. 4. & Com. 2. de anima comm. 10. dicens, intellectum moueri ad ultimam perfectionem a rebus vniuersalibus, scilicet, representatis in speciebus intelligibiliibus. Et ideo 3. de anima text. 8. dicit, si vniuersale esset extra animam, frustra fore intellectum agentem. Fland. 3. Metaphys. quæst. 2. artic. 2. 7. Metaphys. q. 16. artic. 1. Fonseca 5. Metaphys. c. 28. quæst. 5. & 6. Soto in Log. q. 3. vniuersalium. Quæ sententia supponit in primis, intellectum possibilem directè, & ex vi speciei quam recipit ab intellectu agente, non cognoscere singularia materialia, sed tantum naturas communes. Ex quo infert, specimen productam ab intellectu agente tantum representare directè naturam communem praesciam ab omnibus individualiis, & consequenter esse vniuersalem in representando. Ex quo tandem fit, naturam sic representatam, obiectu, & denominatione extrinseca scribi vniuersalem per huiusmodi abstractionem: nam, si contractione fit singularis & individualia, abstractione fit vniuersalis & communis. Et confirmatur, quia vniuersale est obiectum intellectus agentis, & possibilis, illius ut potentia activa, huius ut passiva seu receptiva: ergo fit per actionem intellectus agentis, antecedit vero operationem intellectus possibilis: nam de ratione potentiae activa est, ut faciat obiectum suum: potentia vero passiva supponit illud: ab eo enim pati solet.

Secunda opinio est, vniuersale non fieri ab intellectu agente, sed a passibili per operationem directam, qua cognoscit naturam communem secundum suam praesciam rationem formalem, & essentiam, nihil de inferiorib. rationibus, vel de individualiis considerando, neque etiam formaliter, & quasi in actu signato considerando communitatem ipsius naturae, sed solum essentiam, quae communis est. Hanc sententiam quoad priorem partem negantem, in qua differt a præcedente, nec essari docere debent, qui tenent intellectum possibilem cognoscere directe singularia etiam materialia. Nam iuxta illam opinionem consequenter dicendum est, intellectum agentem per se loquendo efficere speciem singularis, non solum in essendo, sed etiam in representando rem individualiam & singularis: quia non posset eam intellectus primò & directe cognoscere, nisi recipiret speciem propriam & in particulari representante illam. Quo fit, ut iuxta hanc sententiam intellectus agens non abstrahat vniuersale à singularibus, solumque dicatur abstrahere speciem intelligibilem àphantasma, quia separat illam à conditionib. materialiæ, quantum ad esse reale illius, non vero quantum ad obiectum quod representat: producit enim speciem spiritualem, & immaterialem in entitate sua, representantem eandem numero rem individualiam, quam representat phantasma: non enim repugnat, materiale individualum per immateriale formam, seu qualitatem intentionaliter representari. Et in vniuersalitate generis potest hoc confirmari in omni sententia, quia, licet demus intellectum agentem abstrahere illo modo naturam specificam ab individualiis, non tamen necesse est, quod abstrahat naturam genericam ab speciebus: quia certum est, intellectum

possibilem posse directè & immediate ferri ad cognoscendam specificam naturam, & intellectum agentem posse efficere speciem intelligibilem, quæ in representatione sua non abstrahat à differentia specifica, quidquid sit de individuali: ergo tunc non habet vniuersale, quod est genus, per abstractionem intellectus agentis.

Altera vero pars affirmativa opinionis, scilicet hoc vniuersale sufficienter fieri per abstractionem intellectus possibilis, sumi potest ex D. Thom. i. p. q. 16. articulo 3. ad 2. & opuscul. 42. cap. 5. in fine, ubi assert illud Comm. 1. de anima text. 8. Intellectus facit vniuersalitatem in rebus: quod licet possit existimari dictum de intellectu agente, tamen à fortiori verum erit de intellectu possibili, de quo Averroës loquitur, nam tractat de intellectu definito, & demonstrante. Denique autores citati in præcedent. opinione, quarauis doceant, primam vniuersalitatem fieri ab intellectu agente, non tamē possunt consequenter negare, quin hæc operatio intellectus possibilis sufficiat ad similem, vel perfectiorem vniuersalitatem. Et ita D. Thom. aliis locis citatis indifferenter loquitur de intellectu abstractente, sive agente sive possibili. Expressius vero de solo intellectu possibili hoc docet Durand. in 1. d. 3. q. 5. n. 27. & in 2. d. 3. q. 7. n. 12. Et à fortiori potest rationib. prima sententia probari, quia conceptus, seu species expressa intellectus possibilis formalius representat, quam species impressa: ergo, si intellectus praescis & abstracte contemplatur hominem, homo ut in eo conceptu representatus, erit vniuersalis obiectu, multo melius, quam si representaretur in specie impressa, quia habet esse obiectuum magis actuale, & magis proprium, secundum illud esse est vniuersale. Et confirmatur primo, nam homo fit singularis per differentias individualiis: ergo hoc ipso, quod ab illis omnibus praescindit per actualem conceptum abstractum, fit vniuersalis. Confirmatur secundo, quia si homo ita in re existeat, sicut illi conceptui obiectitur, esset vniuersale in essendo, quale Platoni tribuit: ergo etiam nunc est vniuersale per denominationem ab intellectu. Confirmatur tertio, nam si intellectus reflectatur super hominem sic conceptum considerans conditionem seu quasi statum eius, cognoscit illum non esse aliquod singulare, sed esse quid commune omnibus singularib. in qua conceptione non fallitur intellectus, ut constat, neque etiam tribuit homini sic conceptum aliquid nouum, sed concipit, quod in illo præterat: ergo ante hanc reflexionem iam homo erat vniuersalis per priorem conceptionem directam. Et ad hoc etiam deservit potest ratio adducta pro superiori sententia, quod operatio intellectus supponit obiectum: est enim hoc verum de obiecto, quod per operationem cognoscitur, non vero de conditione, que in obiecto refertur, quatenus cognitum est, quando illa conditio per talen actum non cognoscitur, quia, cum talis conditio resulset ex actu, comparatur ad potentiam potius ut actum, quam ut passiuam, ita vero est in presente: nam vniuersalitas, quæ quodammodo inesse dicitur, vel conuenient naturæ abstracte cognitæ, est quædam conditio, vel denominatione resultans ex tali actu, & modo cognoscendi, quæ tamen non cognoscitur per illum actum, sed solum ipsa natura quæ vniuersalitas denominatur, & ideo non est necesse vniuersalitatem illius obiecti supponi ante illam actionem. At vero, quando potest intellectus reflectitur, & contemplatur illam conditionem seu statum naturæ abstractæ, iam illa est obiectum cognitum per talen actu, supponitur ergo illi actu, & tamen illa conditio nihil aliud est, quam vniuersalitas naturæ: ergo vniuersalitas supponitur ante hanc notitiam reflexiūam, seu (quod idem est) comparatiūam: fit autem per abstractiūam, seu (quod idem est) per cognitionem directam ac praesciam naturæ vniuersalitatis.

Tertia

Terria sententia est, vniuersale fieri per notitiam comparatiuum, qua intellectus posibilis, postquam naturam præcisè & abstracte apprehendit, confort illam sic concepram cum rebus in quibus existit, & intelligit illam ut vnum quid aptum vt sit in multis inferioribus, & de illis prædicetur. Itaque iuxta sententiam hanc natura in singularibus existens vniuersalitatem habet solum in potentia remota, quia non est communis, vel politio tanquam aliud vere vnum existens in multis, veletiam negatiue, tanquam aliud nulli rei singulari proprium. Sed est tantum in illa quædem similitudo & conuenientia plurium rerum inter se, quæ præbet occasionem, & fundamentum remotum vniuersalitati. Naturæ vero abstracte cognita dici potest vniuersalis in potentia proxima, quia iam est communis negatiue, quia concipitur secundum se, & non ut propria aliquius individui, nondum tamen confert esse actu vniuersalis, quia nondum concipitur ut habens apitudinem, & relationem ad multa in quibus sit quæ relationem accipit per notitiam comparatiuum, & ideo per illam dicitur ultimum constitutu vniuersale in actu. Quod vterius probatur, quia vniuersalitas non est res aliqua habens veram existentiam, sed est tantum ens, seu relatio rationis: ergo tantum habet esse obiectum in intellectu: ergo tantum est, quando actu fit ab intellectu, nam tunc solum est obiectum in intellectu: ergo tantum est per notitiam comparatiuum: quia per eam solum sit, seu excoxitatur ab intellectu. Confiratur, nam vniuersale ut vniuersale, relatum est, ut patet, tum ex eius definitione, per suum enim correlatiuum definitur, scilicet Est vnum in multis, & de multis, tum ex suis speciebus, ut sunt genus, species, differentia, &c. hæc enim relative dicuntur, ut constat ex definitione à Porphyrio datis in praedicabilibus: relativa autem sunt simul natura & cognitione: ergo vniuersale in actu non est eo modo quo esse potest, scilicet obiectum in intellectu, donec eius correlatiuum eodem modo sit: non potest autem esse illo modo, ut donec vnum ad alterum conferatur, quod sit solum per dicta comparatiua notitiam: ergo. Et huic opinioni fauet D. Thom. qui vbiq; docet, relationes rationis tantum esse in apprehensione rationis conferentes vnum alteri, ut i.p. qu. 2. & art. 1. in corp. & ad 4. & quæst. 7. de potent. art. 1. & significat 4. Metaph. lect. 4. & 1. lib. de interpr. lect. 10. Significat etiam Caietanus agens in communide relatione rationis, dicta q. 28. i. p. & in particulari de relatione vniuersalitatis de ente & essent. c. 4. q. 7. & paulo ante illam. Citantur etiam Scotus 7. Metaph. q. 11. Anton. And. q. 17. & Anton. Tromb. q. 2. Metaph. art. 1. nam eo modo, quo ponunt vniuersale in actu per intellectum, videntur illud ponere in notitia comparatiua, potius quam in præcisua. Est autem differentia inter hos authores, quod aliqui eorum per notitiam comparatiuum intelligunt notitiam directam, qua vniuersale confertur cum inferioribus ut existens in illis, vel prædicabile de illis. Ita videtur sentire D. Tho. & clariss. Scot. sup. & 4. d. 2. q. 2. Sonec. 6. Metaph. q. 18. Alii vero intelligunt notitiam reflexam, qua post prædictam comparationem, intellectus concipit ipsammet comparationem, ut relationem quandam & naturam comparatam, ut genus vel species, &c. respectu inferiorum.

Fertur iudicium de prima opinione.

VI. Inter has sententias prima est quidem probabilis ex suppositione illius sententiaz, quod intellectus agens non producit species representantes individua, & adhuc, ea supposita, non procedit generaliter de omni vniuersali, sed ad summum de specifico, & de solo illo, formaliter loquendo, ut ratio quædam supra facta probat. Et amplius declarari potest, quia in primis certum est, intellectum agentem nunquam

imprimere speciem representantem solum differentiæ, ut differentia est, sed totam specificam naturam. Quia, sicut phantasme non representat in individuo aliquid per modum, formæ, sed per modum totius individui: ita intellectus agens producit speciem representantem totam naturam specificam individui per modum totius, nec potest præscindere, seu immutare actionem istam, ut tunc producat vnam speciem representantem differentiam per modum formæ, deinde producat aliam representantem totam naturam specificam per modum totius: quia, neque est liber in agendo, sed naturaliter imprimet speciem, quantum potest, supposito tali phantasmate, neque est cognoscitius, ut nunc possit uno modo naturam concipere, postea alio. Vnde in Proprio etiam, & Accidente, quamvis demus efficer species representantes illa in communi abstractando ab individualibus, tamen vnumquodque eorum ex vi talis speciei intelligibilis solum representatur, ut quid commune multis individuis in ea ratione similibus. Et idem suo modo est in gradu generico, si forte aliquando ob imbecillitatem phantasmatis producatur species intelligibili representans præcisè illum gradum: nam sicut phantasma tunc representat solum hoc animal verbi gratia, ita species intelligibilis ab illo sumpta representabat gradum animalis solum ut abstractum, & præcium à similibus individuis. Et hac ratione dicimus, etiam supposita illa sententia per hanc abstractionem intellectus agentis per se non abstracti nisi naturam specificam. Obiecties, hunc discursum fieri posse de abstractione facta per conceptionem intellectus possibilis, præsertim quoad vniuersale proprij, & accidentis. Respondeo non esse parem rationem, ut patebit ex his, quæ sectione sequenti dicemus.

Addo ergo vterius, si propriè ac vere intelligatur ratio & natura speciei intelligibilis, satis improprie dici per hanc abstractionem fieri naturam vniuersalem, quia iuxta veram sententiam, species impressa, neque est formalis imago, neque vlo modo formaliter representata, sed effectiva, quatenus est veluti semen seu instrumentum obiecti ad efficiendam formalem representationem intentionalem, que sit per conceptum mentis. Vnde natura non dicitur esse propriè obiectum representata in specie impressa, nisi valde remote & mediata, quatenus illa species est effectiva actus, cui natura illa obiectitur. Ac deniq; esti demus vniuersale aliquo modo fieri per abstractionem intellectus agentis, id scilicet in habitu, seu in actu primo: ex quo sit multo magis ac perfectius fieri per actum secundum proportionam illi actui primo, ut supra argumentabam. Omitto primam illam sententiam procedere ex falsa hypothesi, simpliciter enim verius est, speciem impressam ab intellectu agente non abstractare à representatione eiusdem individui representanti in phantasmate, sed solam à materialitate reali, & entitatu ipsius phantasmatis, sine qua esse potest representatione eiusdem individui, quantumvis materialis, hanc enim non repugnat esse aut fieri per formam seu qualitatem aut entitatem spiritualem, ut in angelis, & in Deo ipso pater. Quod si non repugnat, nulla potest affiri physica ratio, ob quam non possit talis forma vel species ab intellectu agente fieri: sine ratione autem id negandum non est, cum hoc sit magis contentaneum, & variis experimentis, & naturali ordine cognoscendi, & fini & activitat naturali ipsius intellectus agentis, qui ad hoc datur, ut media actione spirituali intellectum possibile reddat similem representationi phantasmatis, quantum potest, quod latius hic persequi & probare, alienum esset à presenti instituto. Luxta hanc vero sententiam conatur, abstractionem vniuersalitatis, nullo modo fieri ex necessitate ab intellectu agente, imo & fortasse nullo modo fieri posse: nam, si intellectus agens semel pos-

nitur productius specierum rerum singularium, verisimile est nunquam posse producere species representantes naturas abstractas à singularibus, sed de hoc latius suo loco.

Alia duæ opiniones examinantur, & quæstio resolutur.

VIII.

OMissa ergo prima sententia, ut de aliis duabus iudicemus, adiudicendum est, vniuersale dupliciter posse à nobis concipi, vel denominari. Primo, ut quid ab soluto secundum esse, quod potest relationem aliquam fundare. Secundo ut relatum secundum esse, dicens ordinem ad inferiora. Primo modo intelligeretur substantia vniuersalis, si esset homo à parte rei subsistens separatus ab omni contractione, iuxta Platonicas opinionem: neque esset vniuersalis propter relationem realem secundum esse ad inferiora, sed propter unitatem suam cum intrinseca & substanciali aptitudine ad existendum in multis. Ad quem fere modum dicebant Doctores citati sectione præcedente, naturam in statu potentiali, quem habere fingitur ante existentiam in individuali, habere vniuersalitatem quandam, quæ non consistit in relatione secundum esse, sed in proprietate quadam absoluta naturæ, habentis talen unitatem & communitatem: hoc solet vocari ab aliquibus vniuersale ante rem: quod, si esset, absolutum esset, tamen reuera nullum est. Imo, & qui ponunt vniuersale actu in ipsis individuali realiter existens, quod vocant vniuersale in re, non ponunt vniuersalitatem eius in relatione. Nam putat vniuersalitatem esse realem, relationem autem minimæ, quia vel inter naturam & individualia non est sufficiens distinctio in re ad relationem realem, vel natura, ut præscindit ab individuali, non habet sufficientem entitatem ad fundandam relationem realem, cum non habeat ut sic entitatem singularem, in qua possit talis relatio fundari. Ponunt ergo vniuersalitatem hanc in proprietate absoluta, quæ est unitas quædam & communitas talis naturæ. Hæc ergo exempla, quamvis vera non sint, declarant tamen, conceptum vniuersalis ut sic, non esse conceptum rei relativa secundum esse, sed rei absoluta, habentis modum tamens essendi, in quo habeat indifferentiam, & aptitudinem essendi in multis. Nec referrit, quod hæc aptitudo videatur per modum respectus explicari. Nam sicut in potentia reali intelligimus respectum transcendentalis, & secundum dici, priorem respectu prædicamentali secundum esse, & inclusum in re absoluta: ita in præsenti possumus concipere hanc aptitudinem rei vniuersalis ut absolutam quidem in se, licet explicitur per modum respectus transcendentalis. Et hinc sit ulterius, ut hæc aptitudo, quia concipitur ad modum potentiarum habentis saltem transcendentalis ordinem ad ea, quibus potest se communicare, possit etiam intelligi ut fundamentum sufficiens ad relationem, vel habitudinem ad ea, quibus potest se communicare, quæ habitudo concipiatur ut quadam relatio secundum esse, & dici etiam potest vniuersalitas quadam, cum sit habitus vniuersus ad multa, in quibus esse potest, vel de quibus potest prædicari.

IX.

Vniuersale igitur priori modo conceptum sit per directam operationem intellectus, quæ præcisæ, & abstracte concipit naturam communem absque differentiis contrahentibus, quod satis probant rationes factæ in secunda opinione. Et confirmari potest euertendo fundamentum opinionis tertiae, quia non est de ratione vniuersalis relatio aliqua secundum esse: ergo, quamvis in natura sic abstracta non intelligatur aliqua relatio secundum esse ad inferiora, potest intelligi actu vniuersalis. Patet consequentia, quia si illa relatio non est necessaria, nihil aliud

deesse potest, quia ibi est natura communis, & ad modum substantis abstracte ab individuali uiduis. Vnde ita se habet in eo statu per intellectum, sicut se habet realiter, si à parte rei subsisteret extra individualia, sed tunc esset realiter vniuersalis, ergo & nunc est intellectualiter vniuersalis, vt sic dicam. Tandem in natura sic concepta est noua unitas rationis, quia habet unum conceptum obiectuum indubitate in plures similes, habet etiam communitatem seu aptitudinem, ut insit multis, & de iis prædictetur: ergo nihil illi debet ad rationem vniuersalis.

At vero loquendo de relatione vniuersalitatis prout à nobis concipitur ad modum relationis secundum esse, hæc non potest resultare per solam abstractionem, sed eo modo, quo est, fit per comparationem. Quia, ut suppono, hæc relatio non est realis, sed rationis: ergo non est in natura ipsa dum absolute & abstracte cogitatur, quia ex vi illius actionis, illa non refertur per intellectum, quia intellectus non dum comparat illam ad sua inferiora, neque etiam refertur realiter, ergo nondum est talis relatio. Et hoc satius etiam probant rationes adductæ in tercia sententia. Quocirca, si illæ duæ opiniones unum affirment, & aliud non excludant, non sunt inter se contraria, neque unius rationes contra aliam procedunt. Quia nihil obstat, quod eidem naturæ possit per intellectum conuenire duplex ratio vniuersalitatis, absolute scilicet, & respectiva, & quod illæ per diuersas operationes intellectus fabricentur, & quod una, scilicet quæ absolute est, fit proximum fundamentali alterius, scilicet relativi. Neque etiæ repugnat, aliquid conuenire naturæ per intellectum & esse per modum absoluti, quando illud huiusmodi est, ut solum per extrinsecam denominationem convenientiat, sic enim naturam esse abstractam, seu vniuersaliter conceptam, non addit naturæ, nisi esse quadam convenienti illi per extrinsecam denominationem, quod esse obiectuum appellatur. Sicut esse visum, vel esse cognitum non est aliquid esse reale ad dictum rebus, nec formaliter consistit in relatione rationis, sed in denominatione proueniente ab actu videndi, vel cognoscendi, super quam potest intellectus fabricare relationem rationis, si unum cum altero conferat: ita ergo est in præsente.

Sed adhuc superest circa has opiniones expli-candum, qualis sit hæc cognitio præcisua, vel comparativa, per quam sit vniuersale utroque modo dictum. Variis enim modis potest vniuersalis natura præscindi, vel comparari. Primo enim abstracti potest natura communis per puram præcisionem naturæ ab uno inferiori absque vila comparatione, vel superioris conceptus ad aliquem inferiorem, vel ipsorum inferiorum inter se, ut quando à solo Petro simpliciter præscindo individualentes proprietates, & sicut in humana natura consideratione. Et per hanc notitiam pure præcisum putant aliqui nullum vniuersale fieri. Verius tamen est per eam etiam fieri vniuersale absolutum iuxta ea quæ de secunda opinione diximus. Nam hoc etiam probant rationes factæ: quamquam hæc notitia non sufficiat ad cognoscendam in natura sic concepta vniuersalitatem, seu superioritatem, quam habet ut iam dicam.

Secundò abstracti potest natura communis per comparationem singularium, seu inferiorum inter se, ut quando conferendo Petrum cum Paulo, cognosco eos esse inter se similes in natura humana, Quæ comparatio supponit priorem præcisionem, nam supponit de utroque singulari cognosci, esse talis naturæ, unde supponit conceptum talis naturæ, ut præscinditur à singulis individuali. Vnde per hanc comparationem solum additur cognitio convenientiæ, & similitudinis plurium inferiorum in tali abstracta ac præcisa natura. Hæc autem comparatio ulterius potest subdividetur, quatenus per eam considerari potest.

x.

xi.

xii.

poteſt vel ſola habitudo particulariū inter ſe, vt in-ter ſe habent habitudinem ſimilium, & hac compa-ratione ut ſic, non pertinet ad conſtitutionem vniuer-ſalis, fed ad conſiderationem cuiusdam relationis mutuę inter ipſa particularia. Vel quatenus per eam conſideretur habitudo natura communis ad parti-cularia, in quibus exiſtit. Poſtquam enim intellectus apprehendit Petrum & Paulum eſſe ſimiles in eſſe hominis, rurſus conſiderat hoc prædicatum, homo, habere ſe ad Petrum & Paulum ut quid commune ad particularia; & in hac comparatione videtur con-summari ratio vniuersalis, etiam reſpectui, per eam enim conſurgit in mente, vel potius in re menti ob-iecta, habitudo rationis vniueſ rei communis ad plu-ra. Ultra vero intelligi poſteſt alia noſtia magis re-flexa, quam intellectus facit cognoscendi qualia in ac-tu ſignato naturam ſic abſtractam, & cum ſuis infe-riorebus collatam inde habere denomi nationes ge-neris, ſpeciei & ſimiles, haſque denomi nationes eſſe rationis, non rei. Haec autem cognitione iam non eſt fa-briatio vniuersalitatis, fed eſt quædam eius conte-platio magis formalis, & expreſſa.

SECTIO VII.

An vniuersalia ſint entia realia, corporea, ſubſtan-tialia, vel accidentalia, quoque cau-sas habeant.

Ex dictis facile poſſunt varie quaſtiones expediri, que de vniuersalibus tractari ſolent.

Dubium primum expeditur.

I. **V**eritatur ergo primo, an vniuersalia ſint entia, necne. Quod interrogatur poſteſt, vel de natura quæ vniuersalis denominatur, vel de ipſa intentio-ne, ſeu denomi natione vniuersalitatis. De natura iam dixi muſ, eſſe in rebus iphiſ: vnde fit, quoad rem denomi nationem vniuersalia eſſe entia realia: hoc vero intelligentium eſt, vel permiſſione, vel de hiſ vniuer-salibus, quæ per ſe cadunt in directam operationem intellectus: ita ut, vel per ſe primo, vel ſalet per ſua propria ſingularia direc te cognita, direc te etiam conci pi poſſint. Quod ideo dicitur, quia in ipliſ en-tibus rationis, quæ per reſolutionem & multipli cem operationem intellectus configi nuntur, poſteſt in-tellectus eo progredi, ut ab hiſ etiam abſtrahat ra-tiones vniuersales, & communes, & vniuersale con-ficiat etiam in rebus fictis, quæ vera entia non ſunt, quomodo dicunt Dialec tici, genus ſecundo intentionaliter ſumptum, eſſe quoddam vniuersale ſpe-cificum, commune multis generibus, quæ in intentione ſeu ratione generis ſolo numero diſferunt: & ſie de aliis. Ratio vero eſt, quia vniuersale actu fo-lum habet eſſe obiectuę in intellectu, eſſe autem obiectuę in intellectu, non ſolum veri entibus, fed etiam fictis conuenire poſteſt, & ideo illiſ etiam poſſunt attribui relationes illa, ſeu denomi nationes, quæ hoc ratiūm eſſe requirunt, ut ſunt ratio ſubie-cti, & prædicati, & idem eſt de ratione vniuersaliſ. Et ideo dicimus, permiſſione ſeu indefinite vniuersalia eſſe entia realia, non tamen neceſſario, & omni-no vniuersaliter. Quia vero cognitione intellectus in-cepit neceſſario à realibus entibus, tum, quia opera-tio reſlexa ſupponit direc tam, tum etiam quia ſic a-entia non conſipiuntur, niſi per aliquam habitudi-nem, vel proportionem ad vera entia, ideo recte etiam dicitur, ea vniuersalia eſſe entia realia, quæ per directam operationem intellectus abſtrahi poſſunt. Si autem fit fermo de vniuersalitate ipſa, ſeu de in-tentione vniuersalitatis, ſic conmuter dici ſolent non eſſe ens reale, ſed rationis, quod in hoc ſenſu

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

verum eſt, ſcilicet, quod non eſt proprietas aliqua, neque aliiquid intrinſece & realiter inhærens na-tura, que denominatur vniuersalis, iuxta ea, quæ di-ximus. Tamen in alio ſenſu nonnulla diſtin ctionē & declaratione opus eſt. Dupli cier enim dixi muſ, naturam poſſe denominari vniuersale, primo denomi natione abſoluta, ac ſi vniuersaliter ſubſiſteret: ſe-cundo denomi natione reſpectiva. Prior modo nō eſt vniuerſalitas en ſ rationis, tanquam aliiquid propriè conſiſtum à ratione, ſed ſolum tanquam denomi-natio extrinſeca proueniens ab aq uo rationis, ſicut eſte abſtractum, cognitum, & alia huiusmodi, quæ non dicunt aliiquid exiſtens realiter in natura denomi-nata, nec proprie dicunt aliiquid en ſ rationis fabri-catum ab intellectu, tanquam aliiquid obiectuę conſiſtum ab ipſo, quia talia entia non finguntur, niſi dum cogitantur; tunc autem intellectus nihil tale cogitat, vel cognoficit. Eſt ergo denomi natione extrinſeca à conceptu intellectus; nam qui per conceptum abſtracte & vniuerſe repræſentatur, ideo denominatur vniuersalitas prædicto modo. Quapropter ut hæc vniuerſalitas dicatur eſte, non oportet, ut i-pſa formaliter, & quaſi reſlexe cognoscatur, quaſi in ac tu ſignato, ſed ſatis eſt, quod natura ipſa cognofac-tur tali modo ſcili et præciso & abſtracto, ut quaſi in ac tu exercito natura conſtituitur vniuersalis. Et ad hunc modum explicat per denomi nationem ex-trinſecam hanc vniuerſalitatem Soto in Logica, qu. 3 vniuer. art. 1. dub. 2. & adducit Scotum, & D. Thomam in eam ſententiā.

II.

Poſterior autem modo loquendo de vniuerſali-tilati, ſeu de relatione vniuerſalitatis, ſatis ex di-ctis conſtat, vniuersale non eſſe ens reale, quia illa relatio non eſt realis, ſed rationis. Quid in hunc mo-dum breuiter declaratur: multiplex enim relatio ſingi ſeu exco gitari poſteſt in natura vniuerſali, vna in ordine ad ac tu ſeſſionem altera in ordine ad ac tu ſe predi can di: vtraque autem poſteſt, aut ſecundum aptitudinem, aut ſecundum ac tu ſe appre hendi, con ci pitur enim natura communis ut apta ad exiſtendū in multis, & ut ſic concepi poſteſt, ut habens rela-tionem aptitudinis ad communicatingandum illiſ ſuum eſ-ſe, poſteſt item concepi ut ac tu ſe exiſtens in illiſ; & ut ſi habens relationem ac tualem, ſeu rei ac tu ſe com-municantis multis. Sicut enim in accidente intelligentius relationem aptitudinalis, vel actualis in haſi-onis, ita eam poſſumus fingere, vel exco gitare in na-tura vniuerſali ut communicabili, vel ut communica-ta multis. Et viro que modo ſoleat vniuersale defi-niri, ſufficit tamen aptitudinalis relatio, ut natura complete conſeatur vniuerſalis. Nam, quod ac tu ſit in multis quæ exiſtant, contingens eſt, & non mu-tat naturam rei: aptitudo vero eſt ſimpliciter neceſſaria, nam in ea diſtinguitur vniuersale à ſingulari. Vnde repugnanciam inuoluunt qui dicunt naturas Angelicas eſſe vniuerſales, & eſſe incommu ni cabilis multis.

Similiter in ordine ad ac tu ſe predi can di poſteſt, natura concepi, vel ut apta prædicari de multis, vel ut ac tu ſe prædicata de multis, prior vero conſideratio proprie denomi nat naturam prædicabilem. Omnes autem iuſta relationes ſunt rationis tantum; nam vniuerſalis natura non eſt in multis, niſi per identita-tem, & ideo ſub ea ratione non poſteſt ad illa multa realiter reſerri. Item, quia, ut dixi muſ, in re nulla eſt na-tura, quæ ſit in multis, vel quæ ſit apta eſſe in mul-tis: ergo fundamentum proximum illarum relatio-num non eſt in re, ſed in modo conſipiendi intellectus, ergo relatio in eo fundata non poſteſt eſſe rea-lis; & haec ratio idem plane probat de relatione præ-diabilis, vel prædicati, nam etiam omnes

haec fundantur in extrinſecis denomi-nationibus intellectus, &
ideo non poſſunt
eſſe reales.

N

Expe-

Expeditur secundum dubium.

IV.
Corporaneae
vniuersalia
annon.

ET iuxta hæc definienda est alia quæstio, quam Porphyrius in prædicabilibus proponit, scilicet ac vniuersalia sunt corporea. Eodem enim modo dicendum est, posse quidem aliqua vniuersalia esse corporea, ea nimis, quæ conuenient rebus ex materia & forma compositis, ut patet de conceptu hominis, equi, animalis, corporis: imo hæc vniuersalia sunt maxime accommodata intellectui humano corpori coniuncto: nam à sensibilibus accipit cognitionem, & ideo hæc vniuersalia per se loquendo prius concipi, & abstrahit. Absolute tamen ratio vniuersalis non limitatur ad naturas corporeas, inuenitur enim in naturis spiritualibus; nam in eis etiam dantur singularia habentia inter se aliquam conuenientiam, & differentiam, seu distinctionem, ratione cuius possunt in illis concipi nature communes, & vniuersales. Quia vero non solum res spirituales inter se, & corporeæ inter se, sed etiam corporalia cum spiritualibus aliquam conuenientiam & similitudinem habent; ideo non solum dantur vniuersalia quædam corporea, & alia incorporea, sed etiam quædam dantur utriusque communia, ut substantia, qualitas, &c. Hæc enim à corporeis, & incorporeis rebus abstrahunt.

Terium dubium.

V.
Vniuersalia
an sine sub-
stantia, an
accidentia.

VNde facile etiam expeditur similis quæstio, an vniuersalia sunt substantia vel accidentia. Hæc enim quæstio, sicut & præcedens, non fit proprie intentione vniuersalitatis, illa enim, cum nō sit quid reale, sed solum denominatio, vel relatio rationis, neq; est vere substantia, neq; accidentis, neq; corpus, neque spiritus, quanquam per modum accidentis incorporei concipienda sit. Est ergo prædicta interrogatio de natura, quæ denominatur vniuersalis; & hæc nō solum substantialis, sed etiam accidentalis esse potest, ut per se manifestum est. Solet vero interdum Arist. dicere vniuersalia non esse substantias, vt 3. Metaph. tex. 20. lib. 6. tex. 45. intelligi autem non esse res per se & inseparabiles extra singulare. Et ideo in prædicamentis cap. de substantia, vniuersalia substantialis vocat secundas substantias, individua vero substantiarum, seu supposita, vocat substantias primas, quas dicit esse magis substantias, quam secundas: quia illæ primo subsunt, ceteræ vero in ipsis.

Quartum dubium.

VI.
Quidicatur
eterna uni-
uersalia.

ALtera quæstio de vniuersalibus definitur ex dictis, scilicet an sint æternæ. Talia enim communiter existimantur: quia, cum sint obiecta propria scientiarum, oportet, necessaria & immutabilia esse & consequenter æternæ. Quomodo autem hoc intelligendum sit, non eodem modo ab omnibus explicatur. Plato enim hac ratione posuit ideas, quæ sunt formæ æternæ, & immutabiles, ut Aristoteles referit. Ipse vero Aristoteles fortasse diceret in his rebus corruptibilibus vniuersalia esse æternæ, quia nunquam desunt aliqua eorum singularia, in quibus ipsa subsunt. Nos autem supponimus, hæc singularia non semper esse, & extra illa non existere vniuersalia: vnde concludimus: hæc non posse dici æternæ, secundum realem existentiam, quam extra suas causas habent. Dicuntur ergo hæc vniuersalia perpetua, secundum esse essentia, seu potentiale. Dices, hoc modo etiam individua sunt æternæ, quia etiam ab æterno sunt possibilia; & habent suas essentias immutabiles secundum esse essentia. Vnde de eis heri etiam possunt propositiones, quæ habeant perpetuam veritatem, prout abstrahuntur à tempo-

Obiectio-
nibus.

re. Respondetur, quoad rem quidem ita esse, tamen in modo concipiendi & loquendi esse differentiam: nam vniuersalia ut si hoc ipso, quod à singularibus abstrahuntur, consequenter etiam à tempore & loco, & ab omni mutatione, inceptione, & delitione separantur, & ideo recte dixit D. Thom. 1. part. quæstion. 16. articul. 7. ad 2. vniuersalia dici solere esse ubique & semper, non posuisse sed negari, id est, non quia ut in omni loco & tempore sint, sed quia ut sic non determinant sibi locum & tempus, in quantum abstrahuntur, ab hic, & nunc. Hoc autem non conuenit propriæ in individuis: nam circa ea versantur actiones & mutations, inceptiones & delitions. Vnde, quamvis aliqua vniuersalia sunt generabilia & corruptibilia, ut homo, animal, & similia, quæ ex sua ratione formalis secum afferunt tantum potentiam, seu postulant talen modum inceptionis & delitionis: tamen hanc ipsam proprietatem non habent, nisi in ordine ad individua: homo enim ut sic, nec generari potest, nec corrumpi, dicitur tamē generabilis, & corruptibilis, quia est talis natura, ut non possit conaturali modo communicari individui, nisi per generationem: ipsumq; individuum, quod talen naturam participat, ex se fit subiectum corruptioni. Adidunt etiam aliqui, vniuersalia dici æternæ, quia unitas præcisionis, & aptitudo existendi in multis perpetuo illis conuenit, etiam quando non existunt, modo, quo alia proprietates dicuntur eis perpetuo conuenire, absoluendo copulam ab existentia temporis. Ita Fonseca lib. 5. cap. 28. q. 8. fect. 2. Sed non video quomodo possit hoc esse verum, nisi fateamur aliquam vniuersalitatem per se ac necessario conuenire naturæ: propositio enim quæ perpetua veritatis dicitur, oportet ut sit necessaria ex connexione terminorum: nō potest autem sic esse necessaria, nisi aliquo modo sit per se; & ideo existimo, vniuersalia non possit dici æternæ illo modo, nisi in ordine ad aliquem intellectum, qui æternus fit, ut expresse dicit D. Thom. in dicta solut. ad secundum.

Quintum dubium.

VLTIMO intelligitur ex dictis, an & quomodo vniuersalia causas habeant: nam, ut est sermo de vniuersalibus naturis, aut de illarum vniuersalitate. Priori modo, sicut vniuersales naturæ non sunt nisi in individuis, ita non habent causas nisi in illis, neque alias, quam ipsa habeant, nam, & ab eodem efficiente sunt, & (si composta sint) ex eisdem principijs, seu eadem materia, & forma constant, & ad eundem finem natura sua ordinantur. Si vero loquamus de ipsa vniuersalitate, cum illa non sit ens realis, non oportet, ut habeat proprias ac reales causas, tamen eo modo, quo est ens, seu potius imitator, habet suo modo causam materialem & efficientem, ipsa enim natura, quæ denominatur vniuersalis, imitatur materialem causam, quatenus est veluti subiectum, quod subterratur intentioni vniuersalitatis, & ab ea vniuersale denominatur: quia vero illa forma non est realis intrinseca, ideo subiectum illud non est inhesionis, sed denominationis, magisque est materia circa quam, quam in qua, vel ex qua. Efficientis autem est intellectus ipse, qui facit conceptum representantem abstracte ipsam naturam, vel comparationem eiusdem naturæ sic abstractæ ad sua inferiora: nam relationem rationis proprie non efficit, sed considerat, vel ingredit illam non tam in actu signato, quam in actu exercito, ut dixi; ita nimis concipiendo habitudinem, ac si esset vera relatio. Formalem autem causam, vel finalem hic querere non oportet, nam ipsius vniuersalis in actu sic considerati vniuersalitas ipsa est quasi forma, quæ nihil aliud est, quam vel denominatione proueniens ab actu intellectus vel relationis rationis in ea fundata, & concepta. Finis gaudiem

autem huius vniuersalitatis, vel nullus est proprie-
loquendo, quia solum est quid resultans ex conce-
ptione intellectus intendentis cognitiones rerum;
vel si aliquis finis assignari debet, solum est ipsamet
cognitio intellectus: quia considerando essentias re-
rum abstracti illarum gradus, & rationes formales;
& quia vim habet percipiendi & discernendi omnia
& reflectendi supra se suas actiones, non solum intel-
edit cognoscere rerum naturas, sed etiam denomina-
tiones, vel habitudines, quas videntur habere prout
ipsamet intellectu obiciuntur, & propero hunc fi-
nem fabricator yniuersalia, & eorum relationes con-
fingit.

SECTIO VIII.

Quotuplex si uniuersale, seu unitas eius.

Explicuimus, quid sit vniuersalis vni-
tas, & quomodo rebus conueniat: su-
perest, ut variis modis huius vnitatis
seu vniuersalitatis declareremus, ut hinc
etiam constet, quid in hoc differat in-
ter Metaphysicum & dialecticum, & qua ratione ab
utroque vniuersalia distingueda sint, vel multipli-
canda.

Prima diuīsio.

U. Primo igitur diuidi solet vniuersale in vniuersale
in causando, in repræsentando, in essendo, &
in predicando. Sed hæc diuina ad præsens institu-
tum non refert, quod priora duo membra. Nam
causa lquæ vniuersalis dicitur, quia varios effectus
potest producere, res aliqua singularis est, vt Deus,
celum, &c. vnde non habet aliam vnitatem nisi re-
alem singularem, seu numericam: sed illa dicitur qua-
si vniuersalis in obiecto, quia ad plures effectus vir-
tus eius extenditur: sicut intellectus & voluntas di-
ci solent potentias vniuersales obiectivas, quia circa
omnia entia versantur; & sensus communis respe-
ctu externorum dici etiam potest eodem modo vni-
uersalis, quamvis in se vnu, & singularis sit. Idem
que dicendum est de vniuersali in significando, seu
repræsentando, sive illud sumatur in nominib⁹, que à
Dialecticis termini communes vocantur, sive in specie-
bus intelligibiliibus, sive in conceptibus formalibus,
sive denique in quavis imagine; quacunque ratione
figatur repræsentans univisimite pluræ: quicquid
enim sit huiusmodi repræsentans in se vnu singu-
lare individuum est, & solum ex parte obiecti voca-
tur vniuersale, quia significat, vel repræsentat, pluræ.
Tertium autem vniuersale, quod vocatur in essen-
do, vel nullum est, vel in re coincidit cum quarto,
solumque nomine, & habitudinē rationis differunt.
Si enim vniuersale in essendo dicatur illud, quod in
re ipsa vniuersale est, huiusmodi vniuersale nullum
est, vt declarauimus: si autem sit illud, quod in re ha-
bet aliquod fundamentum, per intellectum tamen
concupit tamquam quid vnum existens in multis,
& sic efficitur vniuersale in essendo, hoc ipsum est vni-
uersale in predicando: ideo enim de multis præ-
dicati potest, quia in eis est per identitatem aliquam,
vt declarauimus. Sed ratione prioris habitudinis in
ordine ad esse propriæ appellatur vniuersale; ratione
vero posterioris habitudinis in ordine ad prædica-
tionem, vocatur prædicabile. Vnde dici solet à Dia-
lecticis, esse prædicabile, esse quasi passionem seu pro-
prietatem vniuersalis.

Secunda diuisio.

III. *Metaphys.* **H**inc secundo diuidi, solet vniuersale in vniuersale Metaphysicum, Physicum, ac Logisticum, quæ Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

aliis nominibus dici possunt vniuersale ante rem, in
re, & post rem. Vniuersale Metaphysicum propriissime diceretur, si quod esset ab individuis re ipsa separatum: nam re ipsa maxime abstraheret ab omni mutatione, & contracione: de rebus autem sic abstractis potissimum considerat Metaphysicus. Et ideo Aristoteles in his lib. Metaphysic. praesertim 7. accurate inquirevit de hoc vniuersali: & ostendit reuera nullum esse, sed hoc vniuersale Metaphysicum, non re, sed ratione tantum esse ab illis distinguedum. Rursus vniuersale physicum dici potest natura ipsa vniuersalis prout in rebus existit; & hoc modo non sumitur vniuersale formaliter, vt vniuersale est, sed solum materialiter pro natura, qua potest abstrahi, & vniuersalis denominari. Dicitur autem hoc vniuersale physicum, quia cum sit in rebus ipsis singularibus contractum, subiectum est mutationi, & accidentibus sensibilib. à quibus physica consideratio incipit. Quanquam hoc vniuersale non est extra Metaphysicam considerationem, tum quia etiam in rebus immaterialibus, & abstrahentibus à materia secundū esse reperiri potest, tunc etiam, quia hoc vniuersale aliquā requirit vnitatem formalem, cuius consideratio ad Metaphysicum spectat. Imo etiam Dialeticus de hoc vniuersali aliquo modo confederat, non per se propter naturas ipsas sic vniuerfales, sed solum quatenus fundamentum remotum est, & quasi subiectum intentionis vniuersalitatis.

Vniuersale autem Logicum dicitur ipsum vniuersale in actu, quod per operationem intellectus consurgit: nam quia Dialectici minus est operatio-nes intellectus dirigere in ordine ad definitio-nes, diuisiones & argumentationes seu demonstracio-nes recte & ordinatae conficiendas, quæ potissimum tradū-tur de rebus vniuersaliter conceperis, & inter se com-paratis & coordinatis; ideo necesse est, vt intentio-nes rationis, seu denominatio[n]es inde consurgentes considereret, quanquā non ita hoc est proprium Dia-lecticis, quin magis proprie ac p[er] se possit ad Met-a-phyticum pertinere; & aliquo etiam modo ad phy-sicum. Hic n[on] de anima disputans, consequenter tra-ctat de intellectu & de actibus, & obiecto eius: vnde necesse est, vt vniuersale quatenus vniuersale est co-consideret, tum quia est aliquo modo proprium obiectū intellectus, tum etiam quia per abstractionem, vel compariationem insurgit, quæ sunt propriæ opera-tiones intellectus. Maxime autem id spectat ad Met-a-phyticū: nam vt supra vidimus, ad illum pertinet distingue[n]tia rationis à realibus, & quam ellen-tia vel entitatem habeant, declarare; quod valde a-lienum & extrinsecum est à Dialectico institutu[s], sed solum obiter h[oc] attingit, vt opera ipsa intellectus ordinare, & in certam methodum & artem possit redigere. Quod si vñemus vñficiique, quod proprium est, tribuere, Metaphysicus considerat propriam ra-tionem vniuersalis, quatenus est vnum in multis; & quicquid ad illam consequitur ratione, qua natura entis, & essentia & proprietates eius imitatur. Dia-lecticu[s] vero per se solum considerat rationem præ-di-cabilis non quididem eius quidditatem, vel entitatem considerans, sed solum quod ad definitio[n]es, vel prædicationes conficiendas nosse oportet. Quod ergo ad præsens spectat, & ad cōuenientem vocum v-niū, omne vniuersale in actu sub ratione vniuersali, Metaphysicu[m] vocemus, sub ratione autem præ-di-cabilis, Dialecticū appelleret.

Tertia diuisio in quinque uniuersalia.

Tertio, & quod ad rem maxime spectat, diuidi-
solet vniuersale in illa quinque membra, que
Porphyr. distinxit in praedicabilibus: scilicet Genus,
Speciem, Differentiam, Proprium & Accidens. De-

cuius diuisio[n]is qualitate & sufficientia, non est nisi in animo disputare; id enim sine exacta cognitione singulorum praedicabilium, commode fieri non potest; de singulis autem praedicabilibus differere, alius enim esset a nostro instituto, speramus autem, Deo adiuante, de unaquaque re in proprio loco tractare. Solum igitur est recolenda distinctio illa supra data de vniuersali concepto per modum absoluti, quale consurgit per simplicem conceptionem abstractuam seu praecipiua intellectus; & vniuersali relato, seu comparato ad sua inferiora. Inquir ergo potest quo modo diuisio haec intelligenda sit, seu de quo vniuersali, vel sub qua ratione concepto, absoluta scilicet, vel respectiva, seu Metaphysica an Logica. Duoque possunt esse respondendi modi. Prior estibili ditti vniuersale Logicum, ut respectuum rationis, & non vniuersale Metaphysicum, seu ut precise abstractum. Quia in eo ut hec non videtur posse illa quinque membra semper & in vniuersum dominande distinguere. Nam licet interdum in diversis naturis, vel conceptibus haec facile distinguantur, ut in homine, animali, &c. tamen in aliis haec distinguere non possunt, sicut in conceptu absoluto, donec ad diversas sit relatio seu comparatio. Sic album v.g. abstracte conceptum vniuersale quoddam est: non tamen potest in ea abstractione sicut in potius accidentes praedicabile, quam species denominari, quia respectu diversorum vtriusque habitudinis capax est, unde donec sit comparatio ad diversa, non potest illa duplex ratio in eo vniuersali distinguere. Simile quid considerari potest in proprio, quod respectu diversorum rationem proprij & speciei habere potest; immo & natura generica etiam substantialis, licet respectu specierum genus denominetur, tamen respectu proprietatum individuorum (suxta probabile multorum opinionem) habet rationem speciei. Quin & de ipsa differentia probabile est, quod, licet respectu speciei, vel individuorum eius constitutum proprium vniuersale, tamen respectu inferiorum differentiarum formaliter sumptarum, aliam rationem praedicationis constitutum, vel ad praedicabile speciei reuocatur: nam rationale de hoc rationali v.g. formaliter sumpto non in quale, sed in quid praedicatur, quod hic amplius discutere & examinare non liber. Sola ergo species ultima naturae substantialis vel accidentalis in abstracto sumpta, incapax omnino est alterius habitudinis vniuersalis, & non habet alia inferiora ad que comparari posse prater individua; quorum integrum quidditatem continet. Igitur illa diuisio non videtur habere locum in vniuersali, quantum per abstractionem precise consurgit.

Quod si inquiras, quale sit illud vniuersale appellandum: responderi potest, rationem vniuersalis sub ea consideratione solum confidere in separatione praecisa a singularibus, ex qua consurgit quaedam unitas rationis cum aptitudine ad multa, quae sub hac praecisa separatione eiusdem rationis est in quoquinque vniuersali; & ideo vniuersale vt si non dividitur, sed solum vniuersalis rationem retinere, donec cum inferioribus conferatur, & in ordine ad diversa, varias denominationes accipiat. Et ita sub haec ratione vniuersale non comparatur ad predicta membra vel genia ad differentias, sed potius vs subiectum ad accidentia, vel vs fundamentum proximum ad varias relationes, quibus denominari potest. Vnde quando Dialecticus soleret dici vniuersale, vel praedicabile genus ad quinque vniuersalia, vel praedicabilia sumendum est formaliter, & cum debita proportione, ut relativum in communione conceptum.

VII. Considerando autem vniuersale, ut comparatur ad inferiora, recte per illa quinque membra dividitur, cuius diuisio[n]is ratio sic breviter assignari potest. Nam quod est vitium in multis, seu praedicabile de multis, dicere potest aliquid essentialis illis, vel a-

liquid extra essentialiam, rursus, si essentialia sit vel dicit totam essentialiam, & sic est vniuersale specificum, quod solum potest esse commune individuali numero differentibus, quia sola individualia huiusmodi possunt in tota essentialia conuenire, vel dicit tantum partem essentialis, & hoc potest accidere dupliciter. Primo, ut sit veluti quid materiale, & potentiale, & sic constituitur vniuersale generis, quod ut tale est, necessario respicit diversas species, quia conuenientia illa in generica natura, quae est fundamentum huius vniuersalitatis, neque est in tota re essentialia nec in ultimo formaliter constitutuo, & determinatuo eius, sed in gradu quodam potentiali, & per plures differentias determinabilis. Secundo fieri potest ut vniuersale dicat partem essentialis per modum formae constituentis formalem unitatem eius, & sic constituitur vniuersale differentiarum, & praedicari dicitur in quale quid, quia se habet ad modum forma constituentis quidditatem. Qui modus vniuersalitatis & praedicationis interdum potest esse communis rebus differentibus specie, interdum vero rebus solo numero differentibus, ut constat in differentiis ultimis, & subalternis. Et ratio est, quia talis modus constitutionis per differentiam essentialiam, nec per se excludit ulteriores differentias essentialiter etiam constitutiones, & specificas essentialias distinguentes, nec illas etiam per se requirit, vnde quia hoc accidentarium est tali vniuersali, etiam illi accidit, quod inferiora, in quibus inveniuntur, species aut numero differentiae. Quo modo autem haec accommodanda sint his, que Porphyrius docuit in cap. de differentia, & quid ipse circa hoc senserit, in Dialecticos commentarios remittendum est. Denique, si vniuersale, vel praedicabile sit extra essentialiam, esse potest aut per se connexum cum essentiali, & ab illa dimanans, & hoc vocatur proprium; si vero nullo modo sit conexum per se cum essentiali, sed contingens, & omnino accidentaliter conueniens, appellatur accidentis quintum praedicabile.

Quamvis autem, tam proprium, quam accidentis sunt formae eorum, de quibus praedicantur, non sunt tamen in abstracto, sed in concreto sumenda ut rationem talium vniuersalium inducere possint, quia alii modo non sunt apta, ut de inferioribus tali modo dicantur. Quin potius si tales forma in abstracto concepiantur, non respiciunt sua subiecta ea habitudine, quia vniuersale respicit inferiora, sed eo modo quo actus respicit potentiam, quam informare potest: ut ergo haec possint ad talia inferiora subtili ratione, & habitudine vniuersalium comparari, concepti debent in concreto per modum totius communis, quod sit in inferioribus sibi subiectis, & de illis in recto vere possit praedicari. Quod in omnibus etiam vniuersalib. obseruari potest, nam in omnibus verum est, concreta solum de concreto posse praedicari, & consequenter solum respectu illorum posse habere rationem vniuersalium. Ob hanc causam dico soleret, vniuersale non respicere, nec praedicari de suis inferioribus, nisi per modum totius nam, licet dixerimus genus, & differentiam formaliter non dicere tota essentialiam, sed partem Metaphysicam, tamen, ut vniuersalium rationem habeat, necesse est, ut per modum totius concipiatur, & ideo sumi debent, & in concreto, ut etiam totam saltem implicite dicant, & quatenus in potentia saltem includunt plura inferiora, quomodo dixit Porphyrius genus esse totum (scilicet potentiale) respectu specierum; & Aristoteles dixit vniuersale est quoddam totum. Quomodo vero abstracta substantialia rationem vniuersalium participant, & quomodo in eis locum habeat praedicatio vniuersalis, in sequenti huius disputationis attingemus.

Occurrebant autem hoc loco varie obieciones, quae contra sufficienciam huius diuisio[n]is sic exposueruntur, quae Dialecticorum sunt propriæ, & ideo solum aduerto, hanc diuisio[n]em dupliciti tulo.

tulo existimari posse non apte traditam. Primo, quia in ea non numerantur omnes rationes ultimæ universali, nam differentia possit in plures diuidi, & similiter proprium. &c. Veli si dicantur hæc omnia comprehendunt sub generalibus rationibus differentiæ aut proprij, aliunde videbitur inepta, vel superflua diuisio, quia possit ad pauciora membra generalia reuocari: nam genus & species non minus vindicent inter se contumire, quam differentia generalis & specialis.

X.
Diffinitio
cur uno pra-
dictabilis con-
sideratur.

Sed hæc difficultas nullius momenti est, quia, siue illa membra ultima & specifica sint, siue generalia, nihilominus diuisio sufficiens erit saltem ex hoc capite: quia nullum aliud membrum affert, quod sub numeratis non cotinetur. Et quamvis demus quædam membra esse generalia, quædam specifica, non propterea erit inepta diuisio: neç enim necesse est, ut diuisione membra æqualia sint, seu æque abstracta, & communia: sufficit enim, ut sub diuisio continentur, & opposita aliquo modo sint, ipsumque exhaustant. Quod autem quædam sub communiori, alia sub minus communis ratione numerentur, accidentiarum, est, & ob peculiares causas potest interdum expedire, ut fortasse in præsente factum est, quia distinctio illorum quinque membrorum necessaria erat, & sufficiebat ad coordinanda prædicamenta, & definitiones facienda, & alia Dialecticorum munera, propter quæ diuisio illa inuenta est. Addi denique potest, non esse necessarium admittere, non omnia illa membra in ratione universali & prædictabilis esse specifica & ultima. Quia ad propriam relationem universalis, & essentialiæ differentiam eius, nil refert quod inferiora magis, vel minus inter se differant, dummodo habitudo superioris ad ipsa eiusdem modi, & rationis sit: hoc autem ita continget in differentiis ultimis, vel subalternis. Eademque ratio est de proprio & accidente, non vero de genere & specie inter se comparatis, ut ex ratione adducta ad explicandam sufficientiam diuisiones satis constare potest, fusus enim hæc explicare, & discutere non est nostri instituti.

XI.
Ex secundo capite potest videri insufficiens prædicta diuisio: quia videntur esse quædam alia universalia, quæ sub his nullo modo comprehenduntur: hæc autem sunt in dupli genere, quædam sunt trascendentia, quæ superiora sunt ad species & ad genera, quæ cum habeant unum conceptum obiectuum ut supra dictum est, & immutris esse ac de his prædicari possint, nihil deesse videtur, quo minus universalia dicantur. Vnde Arist. 4. Metaph. text. 10. ens & vnum dicit esse maxime universalia.

XII.
Trascen-
dencia qua-
rensis uni-
versalia.

Sed responderi potest huiusmodi transcendentia, non esse proprio & simpliciter universalia, quamvis interdum late & secundum quid ita appellantur, ex ratione quæ omne id, quod aliquo modo vnum est, & commune multis, potest universale vocari. Tamen quoniam hæc analogæ sunt vel non habent unitatem simpliciter, vel non æque plura respiciunt, ideo ex hac parte excluduntur à propria ratione & diuisione universali, quod in ea partitione diuidi intelligendum est. Vnde Aristoteles: Ethic. c. 6. expresse requirit ad rationem universali, quod vniuersum sit, & 4. Metaph. cap. 2. hoc modo negat, ens & vnum esse universalia. Quod si intes, quia non repugnat dari aliquos conceptus obiectuos communis essentialiæ pluribus prædicamentis, & vniuersos & consequenter universales, & non genericos, quia multis prædicamentis nullum genus commune est, qualem multi existimare esse conceptum accidentis, aut conceptum entis successivæ, & similes, quos consequenter dicunt, non esse genera, sed ad modum transcendentium. Reprobatur breuiter, vel nulla esse huiusmodi prædicta universalia (vt multi volunt) vel certe, si quæ sunt, ad genus reuocari, quia in ratione

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

vniuersalis, & in modo prædicationis essentialis in quid incompletum, & non prædicando totam rei essentialiam, cum eo conueniunt: differunt tamen à proprio genere, quia non habent proprias differentias, quibus contrahantur; & ideo, neque ad definitiones, neque ad coordinanda prædicamenta deferuntur; de qua re inferius occurret commodiordicendilocus, cum de diuisione accidentis in nouem prædicamenta dicemus.

Aliunde vero ex alio extremo videntur esse quædam prædicta communia quasi inferiora infima species, & media inter ipsam, & singula determinata individualium, quale existimauit Caiet. in ca. de specie, et universale se individualium vagum, & probabilius exemplum adserit. Individuum vagum an universale sit, potest de communi ratione personæ, vel suppositi, vel de ipsa ratione individui. Ad quam difficultatem, quædam negant, hæc prædicta esse vniuersal. Sed hoc incredibile est, nam reuera esse personam vniuersale dicitur de quolibet homine, & esse primam substantiam vniuersale dicitur de qualibet prima substantia: quæ enim ratio analogia, vel æquivalentionis in his prædicatis excogitari potest? Alij dicunt, contineri sub vniuersali specie, nam ratio personæ tantum specifica comparatur ad hanc, & illam personam, & ratio individui ad hoc, vel illud individualium ut tale est. Sed licet fortasse hoc defendi possit formaliter comparando, v.g. rationem personæ ad hanc personam vel sic: tamen non videtur verum, si comparatio fiat ad hunc hominem ut sic non est prædictum quidditativum illius. Quod sumi potest ex D. Thom. i. part. quest. 30. artic. 4. ad 3. Et hoc satis est ad confitendum distinctum vniuersale secundum relationem, prout nunc consideratur à nobis. Sicut risibile etiam est species respectu huius, & illius risibilis, ut sic; & nihilominus respectu huius vel illius hominis ut sic nouum prædicabile constituit: quia sub ea ratione prædicitur essentialiter.

XIV.

Dicendum ergo, videtur, individualium ut sic respectu plurium individualium non constituere novum vniuersale, quia de formalis nihil aliud dicit, quam unitatem transcendentalis vniuersaliumque entitatis prout in re existentis; & ita excluditur, sicut alia prædicta transcendentalia. Præsertim quia, si summaratur secundum id positivum, quod dicit, nihil addit supra ens: si vero sumatur secundum id, quod formaliter addit, illud solum est negatio quædam. Vnde inter individualia eiusdem speciei, v.g. duos homines præcise considerando eorum essentiæ individualias, præter conuenientiam specificam non est alia in ratione individuali, nisi quatenus in ratione entis individuali conueniunt, quæ tantum est transcendentalis conuenientia. Rationem autem personæ, vel suppositi existimo posse reduci ad prædicamentum proprij, quatenus modus ille, quo constituitur, scilicet personalitas vel substantia, essentialis non est, sed per se concomitans essentiam, sicut acta inhererentia potest quoddam proprium accidentis. Nec refert, quod ille modus personalitatis, vel substantiae non sit in sua entitate proprietas accidentalis, sed substantialis modus: quia hoc non variat modum universitatis seu prædicationis, sicut esse capitatum, esse bipedem actu, dicitur accidentis quinti prædicabilis, quamvis res vnde sumitur, non sit accidentis, sed substantia: quia modus prædicationis accidentalis est, & contingens; sed de his hæc sint statim.

XV.

Vltimo addere possumus alium modum explicandi diuisiōnem illam de vniuersali absoluto, seu quatenus confurgit per abstractum considerationem intellectus, in quo, licet non possint prædicta membra omnino distinguiri secundum varias relationes ad inferiora, ut discursus supra factus ostendit, possunt tamen aliquo modo distinguiri in ordine ad Metaphysicam compositionem. Ita ut genus dicatur illud, quod per modum potentiae aptum est speciem

consti-

constituere. Differentia, quæ per modum formæ aut actus genus, contrahit & diuidit, ac constituit speciem, species vero erit que ex his componitur; propriam vero, quod speciei per se accidit. Accidens, quod individus, seu speciei ratione individuorum contingenter inest. Et hoc modo non tam diuiditur vniuersale secundum diuersas rationes vniuersalitatis, quam secundum diuersas habitudines ipsorum vniuersalium inter se. Ita tamen ut vniuersale specie ei sit quasi præcipuum, totale, & absolutum; alia vero dicant aliquam habitudinem, quasi partiale, vel formalem ad ipsam speciem, ut declaratur est. Vnde etiam est probabile, vniuersale sub hac ratione, non dici æque primo & vniuoce de his, vniuersalibus, sed primo de his, quæ essentia sunt, deinde vero de alijs quæ sunt extra essentiam, & inter priora vniuersale speciei esse præcipuum: propter quod etiam Plato, ut Aristoteles interdum significat specierum tantum ideas ponebat. Non oportet autem intelligere analogiam inter speciem, genus, & differentiam in ratione vniuersalis, quia omnia dicent conuenientiam, & unitatem essentiale, & habent eundem modum identitatis respectu eorum à quibus abstrahuntur, quod secus contingit in proprio & accidente. Atque hæc consideratio vniuersalium secundum proprias rationes suas, & secundum quod inter se distinguuntur, seu comparatur, maxime confort ad rerum essentias cognoscendas, & definiendas: ideoque ad Metaphysicum institutum maxime necessaria est. Quoniam vero proprium, & accidentis sunt extra rerum essentias, nihil de eis quatenus vniuersala sunt, considerandum occurrit, præter intentiones & relationes rationis, quæ in ordine ad prædicaciones à dialecticis declarantur; & quæ inferius suo loco dicimus de propria ac reali essentiæ accidenti, & distinctione eius à substantia, varijq; habitudinibus, quas habet ad substantiam, inter quas una esse potest intrinseca dimanatio, à qua haberet, ut proprium nominetur: de alijs ergo tribus vniuersalibus, genere, specie, differentia, dicendum superest, quomodo in rebus distinguantur, & quod habeant in eis principium ac fundamentum.

SECTIO IX.

Quomodo in re distinguantur unitas generis & differentiatam inter se, quam ab specifica unitate.

I.

Genus & differentia in re distingui, his argumentis suaderi posse videtur: primo, quia species componitur ex generi & differentia, quæ compositio Metaphysica dicitur, nec censetur omnino per rationem concta, sed in rebus ipsiis aliquo modo inuenta; & ideo probatores Theologi docent, non inueniri in Deo, quia repugnat summa simplicitati eius: ergo signum est, genus & differentiam in re ipsa aliquo modo distingui: & non tantum ratione seu conceptibus nostris, quia alioqui non facerent in re compositionem: sola enim rationis distinctio, etiam fundata in virtuali rei distinctione seu eminentia non sufficit ad veram rei compositionem: est ergo in re distinctio aliqua inter genus & differentiam. Et confirmatur, nam hanc ratione Aristot. 7. Metaph. cap. 10. tex. 33. cum dixisset, definitionem debere constare ex partibus, nimirum genere, & differentia, subdit, *Sicut se habet definitio ad totam rem, ita partes definitionis ad partes rei:* est ergo inter eas vera aliqua distinctio, sicut inter partes rei.

II.

Secundo probatur idem, quia, quæ in re ipsa habent essentias, vel partiales aliquo modo diuersas, in re ipsa aliquo modo distinguuntur: sed ita se habent genus & differentia: ergo. Probatur minor ex his,

quæ generi, & differentia communiter attribuuntur. Nam in primis Arist. 3. Metaph. tex. 10. ait, differentiam esse extra rationem generis, non est ergo differentia de essentia generis, neque è conuerso. Vnde 6. Topic. c. 3. ait Arist. neque genus participare differentias, neque differentias genus: & 7. Metaph. cap. 12. tex. 42. dicit, differentias non ponit in ratione generis, sed genus comparari ad differentias, ut potentiam ad actum essentiale; & ideo fieri ex eis unum per se. Et ratione patet, nam differentia dividentes genus, sunt inter se opposita: ergo non possunt amba esse de essentia generis: ergo neque una, neque altera esse potest de essentia eius. Patet cōsequentia, tum quia non est maior ratio de una, quam de alia, tum etiam, quia si una esset de essentia, esset inseparabilis, vnde altera nunquam posset ei conuenire, cum opposita non possint simul eidem inesse: habet ergo genus essentiam ex se distinctam à differentiis, sed non includentem illas. Qnod vero è contrario differentia etiam dicat essentiam non includentem genus, patet, tum quia alias genus esset transcendentia, tum etiam quia aliqui differentia includeret totum id, quod includit species, vnde quædam nugatio committeretur, quando differentia adiungitur generi.

Tertium argumentum esse potest, quia, quæ in re separantur, necesse est aliquo modo distinguiri etiam in re, sed gradus inferior, & superior in re separantur, nam alicubi est ratio animalis, vbi rationale non inuenitur, & sic de alijs. Simile argumentum est, quod in re ipsa duæ species sunt similes in ratione generica, non vero in specifica: vnde videtur necessarium, has rationes in re ipsa esse distinctas. Item quod differentia contrahit genus, & actuat illud: non sunt ergo omnino idem: quia idem non contrahit seipsum.

Quarto argumentum, quia hæc locutiones præcise & abstractè sunt falsæ, animalitas est rationalitas & similes, & non nisi ob distinctionem formalem, nam, si essent omnino idem prædicari & subiectum, propositio affirmans vera esset: sed illis vocibus significantur præcisè gradus genericus & differentialis, distinguuntur ergo hi gradus ex natura rei.

Atque hic vltius concluditur, genus, & differentiam figuram sumpta distingui ex natura rei à tota specie, quia comparantur ad illam ut partes ad totum vere ac re ipsa compositum exillis: totum autem distinguitur ex natura rei à singulis componentibus, esto non distinguatur ab omnibus simul sumptis & vnitis: distinguitur enim saltem ut includent aliquid, quod aliud non includit. Vnde hanc ratione communiter etiam dicitur, genus ac differentiam præcisè sumpta in ratione partium non posse vere prædicari de specie: quia pars non prædicatur de toto. Et confirmatur primo, nam si in re homo & animal nullo modo distinguerentur, neque etiam equus & animal, ergo neque homo & equus possent distinguiri, nam quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se: & quicquid est de essentia vnius, erit de essentia alterius & è conuerso: nam, si homo & animal in re sunt idem, quicquid est de essentia hominis erit de essentia animalis, & simile erit in equo: ergo idem erit comparando hominem & equum inter se: vel certe fatendum erit, aliquid esse de essentia animalis in homine, quod non sit in equo; & è conuerso, ex quo sequitur animal non dici vniuoce neque secundum eandem rationem de homine & equo, sed æquivalere, vel ad summum secundum analogiam quædam proportionalitatis. Tandem confirmatur illa ratione sive facta, quia non possunt res diuersæ secundum idem omnino esse similes & differentes, sed duæ species sunt similes cetero & essentialiter differentes, & tamen sunt similes in genere: ergo fieri non potest, quin genus & species aliquo modo in re ipsa distinguantur.

Ref-

Referuntur varia sententiae

VI.

N has re varij possunt esse dicendi modi. Primus est, hos gradus distingui non utcunque ex natura rei, sed omnino realiter, saltem per inclusionem aliquius rei realiter distinctæ, quæ est in uno, & non in alio Hanc opinionem significant Iandun. 2. Metaph. quæst. 9. & eandem tenere debent omnes, qui existimant hos gradus genericum & specificum sumi ex formis realiter distinctis: nam inde sequitur corpus significare tatum compositem ex materia & forma corporeitatis, viuens vero significare compositem excorpore & anima vegetativa; animal vero addere animam sensitivam realiter distinctam: homo vero rationalem. De differentiis autem, rationali & similibus fortasse diceret hæc opinio, solum dicere ultimam formam vt informantem: vnde etiam sit dicere aliud realiter distinctum à genere. Et hinc fortasse existimauit Durand. in 2. diff. 3. quæst. 1. in simplicibus vt sunt angeli, & accidentia, vel formæ ipsæ, non posse dari differentias proprias, & consequenter nec compositionem ex genere & differentia.

VII.

Secunda sententia est, hæc prædicta distingui ex natura rei inter se, & ab ipso compositione, saltem distinctione formalis, seu modali, quam vocant. Ita tenet Scotus in 2. diff. 3. quæst. 1. & 7. Metaph. quæst. 16. & ibi Ant. And. quæst. 7. nam, licet Scotus interdum ponat distinctionem realem inter formas physicas communem & propriam, vt inter formam corporeitatis, & animam, v.g. & tunc necessario dicere debeat inter gradus sumptos ab his formis esse maiorem, distinctionem, quam formalem iuxta præcedentem opinionem, tamen non censet, eā distinctionem realē formalem, esse necessariam ad distinguendos hos gradus, nam in eadem re simplici phisice admittit verum genus & differentiam, eorumq; compositionem, & ideo generacim loquendo dicit sufficere distinctionem formalem ex natura rei, eamq; vt minimum esse necessariam. An vero hæc distinctione formalis apud Scotum sit actualis in re vel solum virtutal, aut fundamentalis, & ita coincidat cum alia, quæ rationis ratiocinatae dicuntur, non satis conatur, nam varie loquitur, vt attingamus disput. sequenti: nunc opinio hæc in eo sensu à nobis tractanda est quo ponit in re distinctionem actualem; & in eo videtur illam sequi Ferr. 1. cont. Gent. cap. 24. & 42. & Fonseca. 2. Metaph. cap. 2. tex. 11. vbi id colligit ex texu Aristotelis, qui negat posse dari processum in infinitu in prædicatis essentialibus, quia si sola cogitatione distinguerentur, nullum esset inconveniens dari in his processum in infinitu. Idem repetit Fonseca lib. 4. capite 2. quæstione 4. sect. 3. & libro 5. cap. 7. quæstione 3. sect. 3. ad secundum.

VIII.

Tertia sententia extreme contraria esse potest, hæc neq; re, neq; etiam ratione distingui, sed esse omnino idem, etiæ diuerbis vocibus significetur. Quæ opinio attribui potest Nominalibus, quatenus omnino negant, hæc vniuersalia in rebus repertiri: vix autem credible est, opinionem hanc in mentem aliquius Phylosophi venisse, vt argumenta in principio facta ad minimum concludunt.

IX.

Vera ergo sententia est, hæc omnia ratione distinguuntur, sumpto aliquo fundamento ex rebus ipsis, non tamen esse veram aliquam & actualem distinctionem, aut realem: aut ex natura rei inter omnes huiusmodi gradus, prout à parte rei coniuncti existunt. Hæc est opinio D. Thòm. vt constat ex 1. parte, quæst. 50. artic. 4. ad 1. quæst. 7. 6. art. 3. ad 4. & de ente, & essentia ca. 4. & sequentibus 7. Metaphys. lect. 4. & spe alias, eamq; tenent communiter Thomista. Heru. quod lib. 1. quæst. 9. Capr. 1. diff. 8. quæst. 2. art. 3. Caiet. Soncini. & Soto locis citat. scilicet prædict. Greg. in 1. diff. 38. Gab. & alij Nominales. Et quoniam pars affirmativa de distinctione rationis, euidenter probata est ar-

gumentis factis, & difficultatem non habet, nihil de illa addere oportet; fundamentum autem talis distinctionis declarabitur in solutionibus argumentorum, & magis in sequente sect.

Vera sententia declaratur.

VT probe mus alteram partem negantem aduentum est, cum agimus de distinctione horum graduum, generis, differentiæ, & speciei, quatuor modis posse illa conferri seu comparari, primo prout à parte rei in diuersis rebus, seu speciebus inueniuntur, vt si animal quod est in homine comparetur cum specie leonis aut equi, vel, si animal prout est in leone comparetur ad differentiam rationalis, verbi gratia, vel aliam similem; & hæc comparatio est extra re, & impertinens: nam hoc modo constat, ratione genericam in re existentem, posse distingui realiter ab aliqua differentia, vel specie sua; quia in diuersis speciebus formalis unitas ipsius generis, secundum rem multiplicatur; sicut supra diximus formalis unitatem specificam prout in re existit, numero multiplicari in individuis. An vero genus, prout à parte rei est in una specie, distinguitur ab alia specie vel differentiis eius, non solum realiter, sed etiam essentialiter, & quidditatice, fortasse pertinet ad modū loquendi, & pender ex probationibus huius sententiae, explicatur in solutionibus argumentorum.

Secundo possunt hæc comparari secundum se abstractando ab existentia tam in rebus, quam in intellectu; ad eum modum, quo in superioribus citavimus aliquos, dicentes, natura secundum se, id est nude & solitarie sumptam, esse vniuersalem vt antecedat etiam omne opus intellectus: nam in eodem sensu videntur illis sentire prædicata quidditativa inter se ex natura rei distingui. Quia si animal, verbi gratia ex se & ante omnem intellectum habet positivam aptitudinem ad varias differentias, & unitatem precisionis ex se communem multis speciebus, necessario consequitur habere ex natura sua distinctionem aliquam à differentiis omnibus, quibus diuidi potest, & ab speciebus, ad quas potest contrahi. Positis autem his, quæ diximus de ratione vniuersalis, hæc comparatio locum non habet: ostendimus enim, nullum esse statum, in quo natura communis, quæcumq; illa sit, habere possit aliquam unitatem precisionis secluso intellectu, si vt in rebus ipsis existens illam habere non potest. Quia natura extra intellectum duplicita tantum statum habere potest, actualis scilicet existentia, & possibilitas, neque aliud status medius fingi excogitari potest, natura autem vt possibilis non aliter præscinditur, vel distinguitur à differentiis vel speciebus possibilibus quam natura existens à differentiis vel speciebus existentibus: neque est aliqua natura possibilis distincta à suis inferioribus individualibus, vel speciebus, si in re existens nunquam potest esse distincta: quia, natura existens & possibilis non sunt alia & alia, sed eadem in diuerbis statibus considerata: hæc igitur comparatio reuera nulla esse potest, quia in re habeat fundamentum.

XII.

Tertio comparari possunt genus & differentia tam inter se, quam cum specie quam componunt, prout sunt in intellectu præcisæ & abstracte eorum singula concipiente, & hoc modo constat illa distingui ratione vt diximus: an vero plusquam ratione distinguantur, non potest, quod valde notandum est ad soluendi argumenta in principio facta) ex hac sola comparatione sufficiente colligi, nisi in rebus ipsis aliquod aliud maioris distinctionis signum inueniatur. Probatur, quia hæc est vis intellectus, vt præscindat & abstrahat ea, quæ in re non sunt actu distincta aut præcisa: ergo ex hoc, quod aliqua, vt obiectamenta, ratione distinguantur, non potest aliqua distinctione in re interea colligi: quia, sic ratione distingui nihil aliud est, quam distinctis conce-

ptibus intellectus obici, & diuerso modo aut sub diversa habitudine concepi, quod totum stare potest sine distinctione in re. Et confirmari hoc potest ex his que supra diximus de conceptu obiectivo entis, quomodo precisus sit per intellectum, & secundum rem indistinctus ab omnibus inferioribus entibus: nam rationes ibi factae eodem modo hic procedunt, easque statim breuiter attingemus.

XIII.

Secundum
notabile.

Quarto itaque modo possunt haec comparari, prout in re existunt in una & eadem specie, & in uno & eodem individuo talis speciei, & hoc sensu reuera intenditur haec comparatio in praesente questione, & in eodem sensu dicimus, in Petro, v.g. non distinguere natura rei esse sensituum a rationali, nec gradum animalis a gradu hominis, & sic de reliquis.

Vbi est secundo considerandum in re ipsa, & in eodem individuo duobus modis posse intelligi, gradum genericum distinguere a specifico, uno modo ut vniuersale a particulari, alio modo ut individuum ab individuo saltem formaliter ex natura rei distincto. Prior modus distinctionis haberet locum, si verum esset vniuersalia a parte rei existentia actu & ex natura rei distinguere ab individuali, in quibus existunt: & hoc modo videtur processisse, & consequenter locutus fuisse Scotus, quia animal, v.g. non descendit ad individuali nisi media specie, & ideo, si semel admittimus, naturam specificam ut sic, ex natura rei esse distinctam a differentia qua contrahitur ad individualia, par ratione, satisque consequenter dicitur, naturam genericam eodem modo distinguere a gradu differentiali prius natura, quam ad individualia contrahatur. Hic vero distinctionis modus locum non habet in suppositis, quae contra Scotum diximus de natura vniuersalitate, quod nullo modo sit actu in rebus neque in re natura existendi in individuali, sed vt est tantum abstracta per intellectum. Si enim natura in re non habet vniuersalitatem, ergo neque habet vniuersalitatem generis, nec differentiae, nec speciei: ergo non possunt haec in re distinguere, ut unum vniuersale ab alio, seu a suo inferiori. Et confirmatur, quia rationes quibus supra ostensum est, vniuersale in re non distinguere a singulari, que probant de quocunq; vniuersali, sive generico, sive specifico, respectu illius singularis, in quo existit: ergo in re nulla distinctione esse potest inter unum gradum inferiorem, & superiore vniuersaliter sumptos, cum a parte rei non distinguantur a singularibus.

Solum igitur superficie examinandus alter distinctionis modus, quo excluso, satis ostensum erit, nullam esse distinctionem ex natura rei inter hos gradus. Et in hoc est discriminem aliquod, & nonnulla maior difficultas in praesente questione, quam in illa supra tractata de distinctione vniuersalium a differentia individuali: nam seclusa differentia individuali, non manet res singularis & individualis, & ideo nec potest manere res existens, que in re distinguatur a tali differentia: at vero in praesenti seclusa differentia specifica, potest intelligi gradus genericus, non solum in vniuersali, sed etiam in individuo, & realiter existens: est enim Petrus, v.g. non solum hic homo, sed etiam hoc animal, & hoc rationale, & ideo seclusa per intellectum differentia specifica, adhuc potest intelligi gradus genericus, ut in individuo & singulari existens, ac proinde adhuc habet locum questionis, quomodo in individuo distinguantur, hoc animal, & hic homo, seu hoc rationale: quod ergo in re non distinguantur, altitude quam ex vniuersalitate probandum est.

Vera sententia & probatio prima.

XIV.

Potest igitur probari primo ex individuali, quia in uno individuo una omnia & eadem est ac simplicissima individualis differentia contrahens proxime & immediate ultimam speciem, & cum illa

ac per illam consequenter determinans omnes superiores gradus, ergo non possunt illi gradus inter se magis distinguui, quam vnuquisque a sua differentia individuali distinguatur: sed nullus eorum distinguuntur ex natura rei a sua differentia individuali, ut probatum est: ergo nec inter se distinguuntur ex natura rei in eodem individuo. Primum antecedens commune est apud Dialeticos, & Metaphysicos, ut refert & declarat late Fonseca lib. 5. cap. 28. quæst. 14. fest. 3. vbi ostendit genus non respicere individuali, nisi mediante specie. Et ratio est, primo, quia ratio generica precise sumpta est indifferens, & quasi in potentia essentiali, ut per differentiam specificam determinantur: & ideo, donec intelligatur hoc modo determinata non est proxime capax individualiationis. Secundo, quia non est minus essentialis ordo inter differentiam genericam, specificam, & individualem, quam inter superiores differentias essentialias magis & minus vniuersales vñq; ad specificam, sed corpus v.g. non est aptum contrahi per differentiam animalis nisi media differentia viuentis, neque vegetativum per differentiam rationalis; nisi media differentia sentientis: ergo neque animal est determinabile per differentiam individualis huius animalis, v.g. Petri, nisi media differentia hominis seu rationalis: est ergo una omnino individualis differentia individualis, quae contrahendo hominem ad hunc hominem, simul contrahit animal ad hoc animal: & sic de ceteris superioribus praedicatis. Unde argumento tertio, quia huiusmodi differentia individualis vniica, & individualis sufficit ad determinandum in singulari totam, & integrum rei essentiam, ut includit omnia praedicta specifica, genericas, seu superiores, que in ea abstrahi, vel excogitari possunt: ergo superfluum est, plures huiusmodi differentias Metaphysicas confingere in eodem individuo. Et confirmatur a signo: non hoc animal, v.g. quod est Petrus omnino intrescit, & quasi essentialiter determinatum est, ut sit Petrus; & ideo omnino repugnat intelligere hoc individuali animal extra hoc individualum hominis, & idem est de ceteris superioribus praedicatis: ergo signum non determinari animal immediate, & secundum se ad hoc individualum animalis, sed quatenus determinatum est ad esse hominis, ergo eadem differentia individualis determinatur ad esse huius hominis, & huius animalis.

Tandem confirmatur, nam res individualia ut sic, intelligitur esse proxime capax existentia: vniuersale, ut sic id est, sive vniuersalitate existere non potest; & ideo quod praedictum aliquod vniuersalis intelligitur, eo ut sic concipitur magis esse elongatum ab existentia, ut v.g. substantia in communione non intelligentur apta ad existendum nisi determinetur ad materialem, vel immaterialem: & eadem extractione tota serie generalium praedicatorum vñq; ad ultimam speciem, quae contracta ad suum individuum est proxime capax existentia: ergo, sicut nullum individuum existere potest, nisi sit in aliqua specie insinuata, ut est certissimum (præterim seclusa falsa sententia de distinctione reali plurium formarum substantialium, essentialiter subordinatarum in eodem composito) ita nulla ratio genericá determinari intelligitur ad proprium individuum, nisi ut contrafacta & determinata ad aliquam speciem. Quod sane in rebus præterim simplicibus tam integris, quam partialibus videtur per se evidentissimum: quis enim fingat aut mente concipiatur, Michaelem, v.g. per aliud esse hanc substantialiam, hunc spiritum, & hunc angelum: aut animam rationalem Petri per aliud esse hanc animam, & hanc animam rationalem, & sic de aliis? Imo in quibusdam neq; abstractione mentis, potest satis concipi hoc individualium, ut existens sub ratione genericā, & non sub aliqua specifica, ut v.g. haec substantia existens non intelligi hoc corpore, aut hoc spiritu: sit ergo constans omnia attributa

buta essentialia in uno, & eodem individuo unica differentia singulari individuali in ultima ratione specifica. Ex hoc autem aperte concluditur (quod in prima consequentia inferemus) attributa essentialia in eodem individuo, non posse magis inter se distinguiri, quam a differentia individuali, quia illa est una & individualis. ergo quae per illa individuali, non possunt distinguiri ut duo individualia ex natura rei distincta, quia in distinctione individuali eo modo quo distincta sunt, debent etiam distincte individualia differenter reperi: rursus quae sunt omnino idem ex natura rei cu eadem differentia individuali, & individuali, non possunt inter se individualiter distinguiri: ergo nullo modo distinguuntur ex natura rei, quia ut probatum est, distinctione ex natura rei non potest intercedere, nisi inter res individualias & singulares ut sic.

Secunda probatio.

XVII. Secundo probatur assertio posita, quia in uno individuali v.g. Petro, esse hoc animal & esse hunc hominem ab eodem phisico principio, proveniunt, scilicet ab hac anima: vt per se manifestum est & declarabitur sec. seq. sed in hac anima v.g. Petri esse rationalem sensitivam & vegetativam (sive formaliter inveniente) non sunt gradus distincti ex natura rei: ergo nec gradus hominis & animalium distinguuntur vel modo in Petro: consequentia patet quia recte condudimus, hoc animal non distinguiri realiter ab ipso homine, quia haec anima quae dat esse animalis, non est distincta realiter ab ea quae dat esse huius hominis: ergo eodem modo cocluditur non distinguiri ex natura rei. Dices hoc argumentum procedere ex aequalitate ignorantis: nam qui hanc distinctionem ponit in cōposito ponit etiam in forma, & in quaunque alia re etiam in phisice complexe sit. Respondetur, esto ita sit concomitentia loquendū in ea sententia, merito tamē reuocari argumentū & difficultatē ad radices horum graduum, & ad simplices entitatis phisicas quae in eis clarissimā appetentes potest, quam superficie & tunc causa fingatur hec distinctione: cum nullum sit sufficiens eius iudicium in fundamento & radice talium graduum. Quod sic patet, nam anima rationalis v.g. in re una complexa forma est, quae si consideretur ut principium efficiens operationem omnium, quae in homine sunt, intellegitur esse unum eminens, & quasi universale principium earum, neque oportet in ea fingere varias entitates, aut modos reales ex natura rei distinctos, per quos sit principale, & radicale principium talium operationum: alioquin etiam in forma, vel luce solis, quatenus potest esse principium universale plurium actionum fingendi essent varijs gradus seu modi entitatis ex natura rei distincti. Similiter philosophandum est in omni, generali principio plurium actionum effectuum, quoque est alienum ab omni ratione, & recta conceptione: quia quae sunt in inferioribus distinctione, sunt in superiori principio unita. Igitur anima rationalis per suam entitatem in re omnino eadem, & simplicē, est principium radicale omnium humanarum operationum ab ipso via distinctione actuali quae in ipsa sit, ut habet rationē talis principij, quāvis per conceptus inadäquatos possit à nobis multipliciter concipi, atque rationē distinguiri in ordine ad varias operationes. Ergo eodem modo eadem anima in genere causa formalis cōfert homini omnes gradus viventis animalis, & hominis secundum eadem omnino realitatem ab ipso via distinctione actuali, quae in ipsa inueniatur ex natura rei. Patet consequentia, cum quia eadem est ratio de anima in uno & in alio genere causa considerata: cum etiam, quia tantum, seu per idem est anima principium radicale operationum, per quod est principium formaliter constitutus operantem. Imo non alter distinguuntur à nobis in anima illi gradus, quae in ordine ad operationes. Vnde, si in ordine ad illas non est necessaria

distinctione ex natura rei in earum principio, neque in ratione informandi erit necessaria.

XVIII.

Quod si in his gradibus, qui sumuntur in ordine ad diuersas operationes, non est necessaria distinctione ex natura rei, multo minus erit necessaria in aliis superioribus, vel in inferioribus generibus, aut differentiis, vt sunt v.g. ratio corporis aut substantiae, vel de formis loquamur, ratio formæ substantialis, vel forma corporis: nam hoc ipso, quod aliqua est forma materie, actuans substantiale potentialitatem, eius est forma substantialis, & est etiam forma corporis: hoc autem inseparabile est, & indistinguibile ex natura rei à quaunque forma actuante materia, & componente cu illa unum substantiale cōpositum. Similiter in inferiora genera, vt est ratio bruti sub animali, & alia huiusmodi minus possunt distinguiri, quia praedicti gradus in homine; nam, si in anima hominis, ut est principium variarū opinionū, non reperitur distinctione ex natura rei, multo minus reperiri poterit in anima bruti v.g. in ordine ad operationes sensitivas tali modo, in eo gradu, & ordine effectus.

Probatio tertia.

XIX. Tertio est optimā ratio à priori, quia hęc abstractio generum & specierum, vt per intellectum fiat, habet sufficiens fundamentum tum in ipso, tum in rebus, absque via distinctione actuali quae in ipsis rebus antecedat. ergo non est talis distinctione afferenda. Probatur consequentia, quia tota ratio introducendi hanc distinctionem sumpta fuit ex modo concipiendi nostro, & consequenter ex modo loquendi in modo concipiendi fundato: ergo si ob hanc causam, in illa distinctione necessaria non est, neque etiam est credenda, quia distinctiones reales, vel ex natura rei non sunt multiplicatae sine fundamento. Primum autem antecedens licet probatum sit tractando de conceptis entis, & de identitate inter communem naturam & individuali, hic declaratur breueriter, & probatur. Quia, vt intellectus illos conceptus formet atq; præscindat, ex parte rerum sufficie conuenientia, & similitudo earum inter se, magis vel minus perfecta, cu aliqua dissimilitudine & disconuenientia ex parte vero intellectus sufficit quod possit id in quo res conueniunt, concipere per modum unius, præcise illud cōcipiendo, sed hoc totum fieri potest absq; actuali distinctione graduum, quae in re ipsa sit: ergo. Probatur minor exemplis supra ad dictum: nam duo homines conueniunt inter se in ratione hominis, & distinguuntur ut individualia sunt absq; distinctione in re inter rationem communem, & individuali differentiam. Item Deus & creatura conueniunt in ratione entis realis, & differunt in ratione talis entis absq; distinctione inter rationem communem, & propriam, neque ex parte Dei, vt est certum, neq; ex parte creature: quia nullus gradus præscindit potest in creatura, si politius & realiter est, qui non habet illam conuenientiam cum Deo in ratione entis. Hęc ergo exempla declarant, eandē omnino rem posse esse principium & fundamentum conuenientia & differentia cum aliis, ob maiorem vel minorem similitudinem cum illa absque via distinctione actuali, quae in ipsis rebus antecedat.

XX.

Quod non solum verum habet in conuenientia analoga, vt quidam significante, sed etiam in universali, vt latius declarat exemplum de conuenientia specifica, & differentia individuali, & alia adduci possunt de universali, seu genericis conuenientiis: nam sensus communis v.g. conuenit cum visu in perceptione coloris, & inde facile abstracti potest conceptus communis, cum auditu aut conuenit in perceptione soni, & potest inde alius conceptus abstractus autem dicere, vim percipiendi sonū & colorem ex natura rei distinguiri in ipso sensu communi.

III. 51-

ni. Simile est de luce solis quatenus cum calore conuenientia efficiendo calorem, & cum siccitate in exsiccando. Item qualitates mediae inter extremas contrarias, ut color viridis, aurubeus inter albedinem, & nigredinem, & liberalitas inter avaritiam & prodigalitatem, habent quandam conuenientiam & dissimilitudinem cum extremis: nam liberalitas comparata ad avaritiam differt ab illa, & conuenit cum prodigalitate in vi & propensione effundendi se, & communicandi, coparata vero ad prodigalitatem differt ab illa in moderatione, & conuenit cu avaritia in retinendo: vanum autem est fingere in liberalitate varios gradus, seu modos reales ex natura rei distinctos propter has intellectus nostri comparationes & conceptiones, quæ (si res attente consideretur) fere possunt in infinitum multiplicari, & vix possunt differentiationes adeo simplices exocigari, quas intellectus diuidere non posset inueniendo in eis conuenientiam, & differentiam cum aliis rebus, vt in homine quatenus rationalis est, inuenit conuenientiam cum angelio in intelligendo, & differentiam in modo intelligendi; & sic de aliis. Satis igitur ex his constat, huiusmodi conceptus intellectus non esse sufficiens signa distinctionis actualis rerum.

Argumentorum solutio.

XXI.

Compositio ex genere & differentia, rationis compositio.

Ad primum argumentum in principio positum respondet compositionem ex genere, & differentia non esse realem compositionem, sed rationis tantum: quia, vt bene probat argumentum, si ne distinctione ex natura rei, neq; compofitio vera, & quæ in re fit, intelligi potest: quia compofitio nihil aliud est, quam distinctionum unio: vbi ergo non est distinctione in re, neque compofitio esse potest: est ergo hæc rationis compofitio. Dicitur autem hæc compofitio non esse omnino per rationem coniuncta, non quia in re actu antecedat, sed quia in re est fundamenntum ut intellectus possit concipi vnam rationem ut potentiale, & praesciam ab altera, & aliâ ut actualem, & determinantem alteram, & ita proprie compofitio tantum est in conceptibus: in re vero solum per extrinsecam denominationem à conceptibus. mētis, & hoc modo dicitur esse compofitio rationis. Quocirca huiusmodi cōpositio non repugnat Deo propter solam simplicitatem, vt infra dicam, sed etiam ratione illimitationis, & eminentiæ diuinæ. Nam in primis ob hanc causam non potest habere conuenientiam vniuersitatem cum creatura, & consequenter, nec genericam. Deinde non potest in Deo aliqua ratio communis ita abstrahi & praescindere, ut non includatur in qualibet ratione propria & particulari propter summam Dei illimitationem, & simplicitatem, quod etiam repugnat compositioni generis & differentia.

XXII.

Definitio & oīus partes quatenus rei cum suis commensurantur.

Ad confirmationem respondet, partes definitionis, non proprio dici significare partes rei, sed habere quandam proportionem cum partibus rei, vt D. Thomas expoitit 7. Metaph. lect. 9. quia se habent genus, & differentia ad modum materiæ & formæ, quæ sunt partes rei, quibus propter egenus & differentia sumi dicuntur. vt lect. seq. latius explicabimus. Deinde dicitur, definitiōne ēesse opus intellectus, & necessario requiriere compositionem aliquam veram & propriam ex distinctionis conceptibus, sicut definitio voce prolatā distinctionis vocibus partialibus constare debet; explicat enim distinctione rei naturam, quod à nobis vna voce, vel vno simplici conceptu fieri non potest; & hac ratione dicitur constare ex partibus: non est tamen necesse, vt singulæ partes definitionis explicit singulæ partes definitionis in re distinctiones, sed vnaquaque dicere potest totam naturam, vel entitatem definiti, vna tamen dicit illam confuse, & sub ratione aliqua communis & potentialis; alia vero sub ratione magis determina-

ta & propria; & huiusmodi rationes diuersæ possunt vocari partes definiti, non secundum rem, sed secundum rationes tantum: nam definitum, vt definitum, dicit denominationem rationis.

Ad secundum respondet, genus & differentiam dicere essentias, seu rationes essentiales diuersas secundum rationem, non secundum rem: atque hoc modo genus dicitur esse extra rationem differentiæ, & differentia etiam extra rationem generis: nam triusq; ratio ita mente concipitur ac praescinditur secundum eam præcisionem, & abstractionem, neutra in altera formaliter includatur: ad quod non est necesse, vt in ipsa distinguantur in una & eadem re, sed ex parte generis sat est, quod ratio eius, vt tali conceptioni respondet, non constituitur intrinsece per differentiam diuisuam eius, & consequenter, vt possit in re inueniri absq; tali differentia: ex parte autem differentiæ, vt genus dicatur esse extra rationem eius, satis est, quod in eius præciso conceptu obiectu, non includatur conceptus obiectu generis, sed concipiatur differentia vt actus generis, omnino ratione distinctus. Atq; hoc etiam satis est, vt genus & differentia dicantur coparari vt potentia & actus essentialis, non secundum rem, sed secundum rationem tantum: nam qualis est cōpositio, tales esse debent actus & potentia, est aut hæc cōpositio rationis, vt diuīsus: eodem ergo modo dicitur componi vnum per se ex genere & differentia secundum rationem, & non secundum rem, & ideo tale cōpositum est maxime per se vnu, quia componentia in re vnu sunt, & secundum rationem per se cōparantur, & subordinantur. Et hoc sensu dixit D. Thomas 7. Metaph. lect. 12. differentiam nō addi generi, vt diuersam essentiam ab illo, sed vt contentam in eo implicitè sicut determinatum continetur in indeterminato: & hac de causa ex eis componi vnum per se.

Ad rationem respondet, duplíciter nos posse loqui de genere, & differentia. Primo vt à parte rei existunt: secundo, vt per intellectum praescinduntur. Prior modo cum genus & differentia in re non distinguantur in unaquaque specie, genus & differentia eandem habent essentiam quam species, quanvis diuersimode illa significetur per conceptus aut verba significativa genus & differentiam vt D. Thomas nuper citatus dixit. Atque hoc modo genus prout in re est, acti includit differentias oppositas, prout est in diuersis speciebus, quo modo dicuntur in genere latere æquiuocationes. Et sic etiam dixit Aristot. 10. Metaph. cap. 11. tex. 24. genus prout in una specie existens diuīsus ēsse à se ipso prout est in alia. Nęque obstat quod differentiæ illa opposita sint quia genus sic consideratum non habet realem vnitatem, sed multiplicatur eius formalis vnitatis in diuersis speciebus & ideo in eis potest oppositis differentiis actuari, vel potius eis identificari. Secundo autem modo, & magis proprio ac vñitatem loquimur de genere & differentia, vt substantia abstracta & præcisus conceptibus nostris: & sic solum illud dicitur esse de essentia vniuersitatisq; quod per se necessarium est ad formalem rationem, & constitutionem rei vt sic conceptus: & hoc modo (vt dictum est) & differentiæ diuīsus non sunt de essentia generis, nec genus de essentia differentiarum: tamen tota hæc distinctione & præciso est per operationem intellectus, ad quam dicit habitudinem, seu eam inuoluit, & constitut essentia quando nominibus generis, & differentiæ significatur.

Tertium argumentum, & omnia quæ in illo indicantur, sepe soluta sunt in superioribus, nam eadem argumenta sūt in specie respectu individualium, & in ente respectu inferiorum. Dico ergo genus, prout est à parte rei coniunctum cum differentia sua, esse prorsus inseparabile ab illa: & tali differentia dicimus in re ipsa non distinguiri: quod vero genus, prout

est

est in una specie, sit separabile in re à differentia alterius speciei, nullum argumentum est quod in una & eadem specie genus & differentia distinguantur, quia genus prout in re est in una specie, & in altera, non est realiter unum & idem, sed ratione & abstractione tantum: solum ergo includitur distinctio rationis, cuius in re ipsa est aliquid fundamentum, nimur similitudo aliqua diversarum naturarum incompleta, & imperfecta, quæ esse potest in re absq; actuali distinctione, ut declaratum est. Illa vero locutus quod differentia contrahit genus, vel actuat illud, dicit ordinem ad conceptus nostros, & ideo sufficit distinctio rationis ad illius veritatem, & proprietatem.

XXVI. Quartum argumentum tangit difficultatem quæ sequentem postulat sectionem: cetera vero argumen-
ta, quæ afferebant ad ostendandam distinctionem ex natura rei inter genus & speciem, inter se & differ-
entiā ac specie inter se, cum supponant distinctionem ex natura rei inter genus, & differentiam inter se, facilem habent ex dictis solutionem. Vnde ad pri-
mū respondeat genus & differentiam non cōparari ad speciem, vt partes ex natura rei distinctas, sed solum ratione. Et hoc satis esse, vt genus, vel differē-
tia cum præcisione sumpta non possint prædicari de specie, ut declaratū est. Ad primā confirmationē etiā pater solutio ex dictis: nam, licet in homine animal sit idem cū homine, & in equo sit idem cū equo, non sequitur hominem & equum esse idem inter se, quia non sunt realiter unum animal, sed solum habent similitudinē in esse animalis, ratione cuius in uno anima-
lis conceptu conueniunt; & hoc satis est ut animal sit vniuocum, & secundum eādem rationem conceptū de vno q̄ dicatur, quamus secundum rem aliām es-
sentiā realem habet animal in homine, quam in equo, & è contrario. Ad ultimam confirmationē negatur assumptum: nihil enim repugnat, vt sepe etiam est ostensum, rem omnino eandem, & sine vla-
distinctione, quæ ex natura rei in ipsa sit, fundare similitudinem & differentiam ad aliam: quia possunt imperfekte & secundum quid tantum assimilari, sim-
pliciter tamen differe.

S E C T I O X.

Vtrum abstracta Metaphysica generum, & specie-
rum, & differentiarum vere possint inter
se prædicari.

I.  Abstracta Metaphysica voco ea, quæ à cōceptibus Metaphysicis abstrahuntur, vt animalitas, rationalitas, & similes: voco autem illa abstracta Meta-
physica, vt illa distinguam à physi-
cīs, vt sunt albedo, color, &c inter quæ non est dubium,
quoniam possint vere & propriæ prædicationes fieri; vt
albedo sit color, & similes. De prioribus ergo terminis,
& propositionibus, quæ ex illis conficiuntur, vt ani-
malitas & rationalitas, & similibus. Scot. in d. 2. q. 7. & d.
5. q. 1. & in prædicab. q. 6. sentit falsas esse propter dis-
tinctionem extremorum formalem, & ex natura rei.
Soto vero in quæst. 3. vniuersal. art. 2. dicit Scotum in
hoc differre ab omnibus realibus; vnde contrarium
ipse opinatur ex opposito fundamento, scilicet, quia
sola distinctio rationis non sufficit ad falsitatem pro-
positionis.

II. Sed non solum Scotus, verum etiam alij authores
consent illas locutiones esse negandas, non ob distinc-
tionem ex natura rei, sed ob modum significandi,
qui adiuncta distinctione rationis, sufficit efficere fal-
sam propositionem, quando vna ratio formalis præ-
cise concepta prædicatur de altera ratione distincta,
similiter præcise concepta, quod in illis locutioni-
bus sit. Quia termini abstracti significant rationes
formales præcisas, vnde cum una de altera prædica-

tur, significatur quod una sit altera, non tantum se-
cundum rem, sed etiam secundum præcisionē men-
tis & secundum rationem, quod falso est, & hoc
modo tenet hanc sententiam Niphus lib. 3. Metaph.
disp. 2. & Caiet. de ente & essentia. cap. 4. & significat
D. Thom. ibidem c. 3. & 4. & confirmari potest, quia
hæc abstracta significant naturam per modum par-
tis: sed una pars non potest vere prædicari de alia nec
de toto: vnde dici communiter solet, etiam genus i-
psum, v.g. animal si præcise sumeretur per modum par-
tis, non posse vere prædicari de specie, solumque
vere prædicari, quatenus confuse saltem significat
totum, quod est in specie: vel quia adæquate significat
id quod habet talentum naturam, quod est ipsum
totum: ergo multo minus possunt verificari propo-
sitiones illæ in abstracto sumptæ.

Quod si obiicias, si in abstractis accidentium pos-
sunt fieri prædicationes huiusmodi, cur non in ab-
stractis substantiarum? Respondeatur ex Scoto, quia
hæc abstracta sunt ultima abstractione, id est tali ab-
stractione ut vterius abstracti non possint. Seu in alia
magis abstracta resoluti: accidentia vero quæ in ab-
stracto significantur iuxta communem usum, & in qui-
bus dicimus posse fieri illas prædicationes, non sunt
abstracta ultima abstractione, possent enim vterius
resoluti seu abstracti, vt si ab albedine abstractatur al-
bedineitas, à colore coloritas: tunc enim in his ab-
stractis, eriam non possunt fieri prædictæ prædicationes:
militat enim eadem causa. Proprius vero ac
formalius dicitur eandem esse rationem substantiarum & accidentium, si abstractio sit e uide rationis,
scilicet, aut Physica aut Metaphysica, inter has
vero esse diue sam rationem. Nam per abstractionē
physicā, scilicet albedini, à subiecto non abstractur
essentia ab ipsam re (vt sic dicam) quam constituit:
sed abstractur forma à subiecto: & ideo ex vi talis
abstractionis solū tollitur prædicatio vniuersalis per
modum proprij, vel accidentis, quia vt sic non potest
talis forma de subiecto suo prædicari, nec de com-
posito, quia ad hoc cōparatur tanquam pars: ad illud
vero vt res ab eo distincta, & non significatur vt in
eo existens, sed vt per se stans. Deniq; si non signifi-
cat vlo modo habentē formam, nec supponit pro
illo, sed solum pro ipsa forma, quam significat. Et si-
milia huius in substantiis erit, si formam à compo-
sito abstractamus, & abstracte significemus, vt anima
ab animato, &c. sic enim non poterit abstractum de
concreto prædicari: inter abstracta vero poterit fieri
prædicationes superiorū de inferioribus: nam anima
recte de tali anima prædicatur. Per aliam vero ab-
stractionem Metaphysicam abstractur essentia ab
entitate, quam constituit, & formaliter concipiatur
ac significatur, vt cum dicitur albedineitas, & ideo
in his abstractis non possunt fieri verae prædicationes
quando rationes conceptæ distinctæ sunt saltem se-
cundum rationem.

Inter has sententias ultima veritatem magis atti-
git: tamen vt rē amplius explicemus, distinguere hīc
possimus quatuor prædicationum genera: primò enī
prædicari potest abstractum superius, & quasi
genericum de abstracto inferiori, quasi specifico &
integro, vt cum dicimus: Humanitas est animalitas.
Secondo potest prædicari idem abstractum genera-
cum de abstracto non speciei, sed solius cōsiderentia,
quod cōparatur ad aliud tanquam formale ad ma-
teriale, vt sic dicamus, rationalitas est animalitas.
Tertio potest è contrario prædicari hoc abstractum
formale seu differentiale de abstracto specifico, vt in
hac, humanitas est rationalitas. Quartò potest idem
abstractum differentiae dici de abstracto generico seu
materiali, vt in hac, animalitas est rationalitas.

Al hoc ergo ultima prædicatione incipiendo, vi-
detur mihi in rigore falsa, propter rationes factas: &
quia illa duo extrema, prout præcise & abstracte si-
gnificantur, nullo modo comparantur, ita vt vnum
in alio

III.

IV.

V.

In alio formaliter includatur: & consequenter, neq^{ue} vnum dicere potest id totum, quod dicit aliud, neq^{ue} acte neq^{ue} potentia, neque explicite, nec confusa. Et quamvis identice interdum animalitas & rationalitas sint eadem essentia, tamen hoc non significatur ac si prædicatur sit de formalis, & quidditatu concepu subiecti. Vnde sumitur optima confirmatio, quia rationalitas non potest vere prædicari de animalitate, nisi ut differentia eius diuisua, & contraria ut que ad ea extra rationem eius existens: sed in illa locutione non prædicatur ut differentia diuisua: quia differentia diuisua, cum sit extra genus, adiacet illi, & se habet per modum accidentis, & ideo non potest de illo prædicari in abstracto, sed tantum in concreto. Propter quod recte dixit Averroës tract. 5. suæ Metaph. c. 6. rationalitatem ut in abstracto significatur, non est differentiam sed differentiam principiū. Et propter eandem causam existimo, tertiam locutionem esse in rigore falsam, quia etiam in illa rationalitas non prædicatur ut differentia, quia non prædicatur in quale prædicatur ergo, ut tota & integræ ratio humanitatis, & ita efficit sensum falsum. Similiter existimo, enunciationes secundi generis esse in rigore falsas, quamvis in sensu identico sint minus indirecte quam primi: nam omnis essentia, quæ est realiter rationalitas, est etiam animalitas, non vero è conuerso.

VI.

At vero locutiones primi generis, videntur posse admittere aliquem sensum verum in omni rigore & proprietate, quamvis æquiuocæ videantur, & ideo non sint sine distinctione admittendæ. Humanitas enim cū dicat integrum hominis essentiam & naturam, includit in conceptu suo animalitatem, & rationalitatem, quia totum hoc est de essentia hominis. Item quia humanitas non dicit solā rationalitatem: plus enim in conceptu suo includit: ut per se notum est: non enim dicit solam ultimam differentiam hominis, nec solum abstractum differentiam; sed dicit formam totius, quæ physice includit totam naturam compositam ex materia & forma, & Metaphysice omnes gradus talis naturæ. Igitur humanitas reuera est quædā natura sensitiva, & in hoc habet aliquam conuenientiam, & similitudinem cum natura equi, & leonis in abstracto sumpta: nam omnes sunt principium integrum sentiendi: ergo potest ab illis omnibus unus conceptus communis abstracti, qui sit ille genericus, & de illis possit prædicari: & in confuso ac in potentia dicat totum id, quod in singulis membris reperitur, & sane hic conceptus significari videtur illa voce, principium integrum seu totale sentiendi, quod si ne dubio vere prædicatur de omnibus illis naturis. Si ergo nomine animalitatis idē conceptus eodem modo significetur, erit vera illa locutio. Non videtur autem hæc significatio aliena à proprietate illius vocis: quia, licet illud abstractum significetur ut pars respectu concreti & ideo non possit de illo vere prædicari (iuxta veriorem sententiam infra tractandam in disputatione de supposito) tamen respectu ipsiusmet formæ totalis, quamvis formaliter non exprimat totam illius rationem, tamen confuse videtur posse significare totam illam, seu conceptum illius communem, ut incidentem in potentia omnes determinationes suas: in hoc ergo sensu erit vera illa propositio: sicut hæc est etiam vera, hæc humanitas Christi est humanitas, & pertinet ad prædicationem speciei de individuo.

VII.

Nihilominus tamen propter formaliter significacionem ac præcisionem vocis abstractæ potest esse æquiuocatio in illa voce animalitas, ita ut per illâ significetur ratio constitutiva animalis, ut præcisa ab omni inferiori, & in hoc sensu esset falsa locutio, ut conuinatur argumēta prius facta; ideoq^{ue} non esset illa locutio sine distinctione admittenda, & quoad hoc non est eadem ratio de communibus abstractis physicis formâ seu accidentiis: nam cū hæc natura sua sint forma-

reales & physicæ, quando in abstracto significantur, vel concipiuntur plane intelliguntur abstracti à subiectis, nō vero præscindi ab omnib. differentiis inferioribus: natura autem substantialis est tantum forma Metaphysica, & non est proprie in subiecto, & ideo, quando in abstracto concipitur & significatur, videtur cum omni præcisione ab omni etiam contrahente significari, iuxta illud Averroës, Equitas est tantum equitas: quamvis non repugnet etiam significari per modum totius potentialis respectu inferiorum, ut diximus. Sed quæres, si animalitas potest in hoc sensu concipi ut genus humanitatis, & aliarum naturalium in abstracto sumptarum, cur rationalitas non habebit rationem differentiarum, aut quanam erit eius differentia. Respondetur, si quis velit Metaphysice humanitatem definire, facile id intelliger; neq^{ue} enim dicet, humanitatem esse animalitatem rationalitatem: esset enim incongrua locutio: neque illa esset definitio: quia illa duæ partes nullo modo inter se coniunguntur ad vnam orationem componendam. Dicit ergo, humanitatem esse, animalitatem rationalem: ratione ergo est differentia etiam illius abstracti: quia ut supra dicebam abstractum ut sic, non potest prædicari per modum differentiarum sed generis, vel speciei: nam semper prædicatur in quid: prædicatione enim in quale tantu[m] fit per terminos connotatiuos, seu adiectiuos, qui significent formam ut informantem, vel adiacentem alteri. Et ideo etiā in accidentiis quamvis genus prædicetur in abstracto de specie, differentia nunquam dicetur per modum abstracti sed concreti, non enim dicimus, albedinem esse colorem & disgregationem visus: sed colorem disgregantem, vel disgregatum visus. Quod si tandem obicias, non posse eandem differentiam esse generis in abstracto, & in concreto sumptu. Respondetur, rationale coniunctum animali in concreto, & animalitatem in abstracto, non eodem sensu utriusq[ue] tribui: nam in uno significat esse naturam tantum rationalem: in alio vero esse rationale suppositum.

SECTIO XI.

Quod sit in rebus principium unitatis formalis, & universalis.



Vamvis unitas vniuersalis aliquo modo differat ab unitate formalis, ut diximus, tamen, quia non est unitas secundum rem, sed secundum rationem, ideo in re non est diuersum vtriusq[ue] unitatis principium, & ideo necesse non est, diuersas de illis questiones mouere: sed explicatum principio unitatis formalis, erit explicatum de vniuersali: quia hæc non fundatur in rebus, nisi media unitate formalis. Et id eo recte dixit Ferrar. 2. cont. gent. c. 95. cum queritur, à quo sumatur genus & differentia, non queri de genere & differentia secunde intentionaliter, h. e. ut per rationem habent unitatem, vel relationem rationis, sed prime intentionaliter, i. e. secundum unitatem formalem vel conuenientiam, quam in re habere possunt. Est autem hic sermo de principio physico: sicut enim in superioribus explicata unitate individuali, inquisiuimus, & explicimus principium eius, id est, fundamentum physicum, quod in re habere potest: ita hic simile principium inuestigamus, respectu unitatis formalis, quæ veleat unitas generis, vel differentiarum, vel speciei ex veraq[ue] composite: omitto enim nunc unitatem formalem transcendentalē, quia vel analoga est, & sic non est unitas simpliciter, vel, si sit vniuersa, ad genericam reuocanda est, ut supra dixi: & idem proportionale habet fundamentum, ut explicabo.

Sic igitur declarata questio coincidit cum illa cōmuni, vnde sumantur genus & differentia. Et ratio dubi-

I.

II.

dubitandi est, quia communiter dici solet, genus sumi à materia, & differentiam à forma: quod tamen verum non apparet. Primo, quia etiam in angelis reperitur unitas formalis generis & speciei; & tamen in eis, nec materia, nec forma reperitur. Secundo, quia si genus sumeretur à materia, ergo quæ materiam non haberent communem, nec genus possent habere commune, consequens est aperte falsum, quia & substantia materialis cum immaterialibus in genere aliquo conueniunt, & corpora terrestria cum cœlestibus, quamvis in materia non conueniant. Tertio, quia in substantijs etiam similem materiam habentibus non sumuntur genera à materia: vt patet de genere viventis, animalis, & similibus: viuentis enim non habet vitam à materia, sed à forma: & sic de alijs. In contrarium est, quia ille modus loquendi est vere omnium antiquorum, præsertim vero D. Thom. de ente & essentia capit. 4. 5. & 6. & 2. cont. gent. capit. 95. & quæst. de spiritual. creat. art. 1. & significat Auerr. 10. Metaph. in fine. comm. 26. propter Aristo. ibi dicentem, Corripibile, & incorripibile differunt genere, eo quod materia etiam differat. In quo significat genus, vel esse materiam, vel omnino à materia esse sumendum.

Prior opinio obliuiciuntur.

III. **N**hac re duplex potest esse dicendi modus. Prior est, materiam & formam proprie & in rigore sumptas esse propria & necessaria principia unitatis formalis generica, vel specifica: atque hoc sensu genus sumi à physica materia tanquam à proprio principio, differentiam vero seu speciem (hæc enim duæ pro eadem reputantur, cum differentia, speciem constitutat) sumi à forma. Atque in hunc modum videntur sensi, qui negant res immateriales componi ex genere & differentia, sed tantum res ex materia & forma compositas, inter quos est Durand. in 2. d. 3. quæst. 1. & indicant Albert. in prædicam. ca. de Substantia. & ibidem Egid. & quodlib. 1. q. 8. nam hac ratione moti (vt videtur) negant substantias corporreas esse vniuersitatem substantias cum incorporeis. Qod etiam negavit Auerr. loco supra citat. de corporibus terrestribus, & cœlestibus, quia putauit celos non constare materia, de quo alias. Verū est, ex hoc principio non necessario sequi, hos authores negasse in angelis vel celis genera & differentias, quia existimare potuerunt habere inter se genericas conuenientias, etiam si negauerint habere illam cum inferioribus substantijs. Tamen, si ita sentiant, nullam probabilem rationem afferre poterunt, ob quam negent communia genera his substantijs compositis ex materia & forma, & illis immaterialibus, quæ compositionem generis, & differentiæ in se admittunt: quia, sicut in hoc similes sunt inferioribus substantijs, ita cum illis habere possunt aliquam vniōnem, & genericam conuenientiam: négat hoc repugnat earum simplicitati, aut perfectioni: magis ergo consequenter dicent, hoc ipso, quod materiam & formam non habent, nec genus & differentiam habere posse: quia hæc in illis fundantur. Huius autem assertionis sic exposita non video, quod possit fundamentum afferri, nisi quia, sicut materia est in potentia ad plures formas, & cum illa componit diuersas essentias, ita se habet genus ad plures differentias. Sed hæc opinio sic expota est aperte falsa: vt conuincunt argumenta in principio facta, & quæ afferemus: fundamen- tumque illud valde leue est, quia illa conuenientia non est per veram similitudinem ac proprietatem, sed solum secundum quandam proportionem.

Quæstionis resolutio.

IV. **E**stigitur secunda sententia, materiam & formam, non secundum proprietatem physicam, sed se- Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

cundum quandam proportionem, & analogiam esse *Genus, su-
principia, à quibus genus, & differentia sumuntur.* *dicatur su-
mi à mate-
ria, à forma
vera diffe-
rentia,*

Nam materia est prima, & quasi essentialis seu substantialis potentia naturæ substantialis de se indifferens ad plures naturas seu actus: forma vero est primus actus substantialis determinans, vel constituens naturam. Quia ergo genus est quid potentiale, & indifferens, & per differentiam actuatur, & determinatur ad certum gradum seu speciem naturæ, ideo dicitur genus sumi à materia & differentia à forma, id est, per proportionem quandam ad materiam & formam. Atq; hæc est sententia Aristotelis 8. Metaph. tex. 6. D. Thomæ, dict. opusc. de ente & essentia, & 2. cont. gent. c. 95. & 7. Metaph. lect. 11. & 12. & alio locis infra citandis. Atque hic sensus est verus & facilis. Dicendum ergo est, in vniuersum loquendo principium formalium unitatis esse totam rei essentiam & naturam diuerso tamen modo, nam unitatis generica principium, est ipsa natura, vt vltius est perfectibilis seu determinabilis, seu vt habet conuenientiam & similitudinem cu; alijs in aliquo gradu potentiali, seu amplius determinabili. Unitatis autem specifica, seu differentia est eadem in natura secundum ultimam perfectionem essentialem suam. Probatur primo rationibus factis, quia nō potest assignari alijs modus, qui cōmuni sit omnibus substantijs, & accidentibus, ac formis. Secundo, quia in ipsiusmet substantijs materialibus, nec forma, nec materia est sufficiens principium generis & differentiæ: quia vt supra dictum est, tam genus quam differentia dicunt aliquo modo totam rei naturam; & ideo possunt prædicari de specie. Vnde, si per impossibile intelligeremus compolitum ex anima rationali, & alia materia alterius rationis ab ea, à qua nunc homo constat ex tali materia & forma non sumerentur genus & differentia, quibus nunc homo essentialiter constat: quia rationale, licet lumen præcipue ab anima, includit tamen essentialiter talem materiam. Et è contrario, quamvis fingatur hæc materia ab alijs compositione cum aliqua forma, nullum genus proprium substantiæ ab ea sumi posset, nisi forte genus materia, respectu cuius ipsa materia se habet vt tota natura, à qua, vt habet conuenientiam cum materia cœli in gradu aliquo vltius determinabili, sumi potest tale incompletum genus, & consequenter ab eadem, vt habet complementum in sua essentia sumetur ultima differentia constituens speciem talis materiæ; & idem est suo modo in forma: ergo in vnaquaq; re omnis huiusmodi vnitatis sumitur ex tota natura alterius, & aliter comparata seu cōcepta. Hoc autem cum debita proportione intelligendum est, nam in substantijs compleatis & integris, id simpliciter & cum omni proprietate verum est, quia illæ sunt, qui habent proprias, & integras naturas; quia vero etiam in partialibus substantijs, vt sunt materia & forma, reperitur suo modo unitas generica & specifica, in eis debet cum proportione intelligi, quod à tota natura scilicet partiali, id est, à tota entitate forma, vel materia secundum diuersas rationes huiusmodi genus & differentia sumuntur, quod ad formas etiā accidentales eodem modo accommodandum est, vt late in D. Thom. videri potest opusc. de ente & essentia c. 7.

Argumentorum responsa.

A D primum ergo fatemur, in angelis esse genera & species, vt late D. Thom. declarat dicto opusc. de *In Angelis* ente & essentia capit. 5. & 6. & 1. p. quæst. 50. art. 2. ad *vera genera* 1. & alij vt infra tractabimus disputando de intelli- & differ- gentijs. Negi oportet vt in eis sit materia & forma, *ta reperiun-* *tur.* quia vt diximus non semper illæ sunt participia generis & differentiæ, sed qualibet natura, etiam simplex, dummodo talis sit, vt possit habere cum alijs conuenientiam vniuersitatem in gradu aliquo abstractibili per intellectum vt determinabili, vel determinante:

O hoc

hoc autem non repugnat inueniri in angelicis naturis, cum sint finita & limitata perfectionis. Dices, ergo nulla est in hoc differentia inter substantias materialis, & immateriales: quia in utrisque sumuntur genus & differentia à tota natura secundum perfectiorem, vel imperfectiore gradum, vnde materia & forma veluti per accidens se habent, quia solum cōcurrunt quatenus sunt partes componentes talem naturam: consequens autem videtur contra D. Thom. cit. locis præsertim i. part. quæst. 50. artic. 2. ad 1. vbi ait esse differentiam inter substantias materialis, & immateriales, quod in illis ab alia resumitur genus, & ab alia differentia in his vero ab una, & eadem re secundum rationem diuersam vtrumque sumitur. Respondeat Ferrata supra, si loquamur de proximo principio nullam esse differentiam, quia illud est tota natura in omnibus substantijs, vt diximus, si autem sit sermo de radicali principio, in hoc esse aliqualem differentiam: nam in substantijs immaterialibus, cum non sint composita ex partibus physicis, idem est principium radicale, quod proximum omnis unitatis formalis, in substantijs autem materialibus, quia compositæ sunt ex partibus physicis, quamvis tota natura sit principium proximum, materia vero censetur radicale principium generis, quia est radix totius potentialitatis: & quia per proportionem ad illam consideratur genus ut determinabile per differentias: forma vero censetur prima radix differentia quia illa dat ultimam perfectionem, & in actu redigit completam naturam. In quo etiam potest aliqualis differentia inter materiam & formam considerari, quia materia per se non est propriæ causa radicalis aliquid gradus etiam generici, donec actetur per formam, à qua primario & essentialiter pender omnis gradus naturæ substantialis. Vnde D. Thomas quæst. de spirit. creat. artic. 1. ad 24. dicit cum genus à materia sumi dicunt, non esse intelligendum de materia prima, sed secundum quod per formam recipit quoddam esse imperfectum, & materiale respectu specifici, sicut de animali est imperfectum respectu hominis, & vtrumque est ab anima. Vnde fit ut prius loquendo, materia non sit principium generis nisi per analogiam & proportionem ut diximus. Forma vero aliud amplius habere videtur respectu cuiuscunque differentiae, quia est propria radix illius, quod non solum de virtute, sed etiam de substantijs differentijs verum est. Quamvis non sit omnino in suo genere excludenda materia: quia omnis forma naturalis est actus eius, & ab illa ut sic sumitur differentia, ideoque semper in tali differentia includitur aliquo modo materia.

VII.

*Materiales
substantiae
cum immaterialibus vniuersitate
conveniant.*

Ad secundum non desunt, qui concedant sequelam, scilicet nullum dari communem genus rebus non habentibus materiam communem seu eiusdem rationis, vt supra citatum est. Sed in nullo probabile fundamento initur: quia, vt ostendimus, non repugnat compositio generis & differentiae rebus finitis, etiam, vel nulla materia physica constent, vel materia alterius rationis a materia horum inferioriorum. Item non repugnat illis habere vniuersitatem conuenientiam, vel similitudinem cum his inferioribus, vt constat de conceptu substantiae, qui secundum præcisam suam rationem consideratus æquæ conuenit substantijs integris materialibus ac immaterialibus, & terrefribus quam coelestibus. Respondeatur ergo ad argumentum negando sequelam: nam in primis quod attinet ad corpora coelestia & terrefria, quamvis demus materias eorum esse specie differentes, cu illæmet materię generis inter se conuenient, nullum erit inconveniens ab eis suo modo sumi unum commune genus his corporibus, non solum quatenus substantiae sunt, sed etiam quatenus corpora sunt. Quod vero spectat ad immateriales substantias, vniuersitate conuenient cum inferioribus in ratione per se essendi, seu substendi in substantiali natura. vnu-

de habere possunt communem genus, non sumpnum à propria materia, sed à tota natura secundum indeterminatam rationem eius, vt dictum est. Neq; huic *Bluidam* veritati, repugnat dictum illud Aristotelicum, Corruptibile & incorruptibile differunt generes, quia ut exponunt Dius Thomas, Alexander Aenensis & alij tum ibi, tum 5. Metaph. text. 33. illud non est intelligendum de genere logico, aut Metaphysico, quod per conuenientiam in aliqua unitate formalis consideratur, sed de genere physico, quod est ipsa materia, de qua interpretatione plura infra disput. 39. sect. 3. Tertia ratio iam dictis dissoluta.

DISPUTATIO VII.

De variis distinctionem generibus.



Æc disputatio necessaria hoc loco visa est ad completam expositionem huius attributi, seu proprietatis eius: nam cum unitas indivisiōne includat & ideo multitudini opponatur, quæ ex divisione seu distinctione consurgit ad comprehendendos omnes modos unitatis, necesse est, omnes etiam modos distinctionis comprehendere: quia, quot modis dicitur unum oppositorum, tot dicitur & reliqui. Est autem hoc in Metaphysica non minus necessarium, quam difficile: nam ut ex Aristotele sumitur 2. Post. capit. 14. vniuersitatem rei essentia & quidditas per divisionem, seu distinctionem attingitur, nam dividendo unum ab alio ad propriam vniuersitatem rei definitionem peruenit: unde, quam est difficile rerum essentias cognoscere, tantudem est varios gradus & modos distinctionum explicare. Inquid ergo est, quoniam illi sint, & quibusnam indicijs seu modis discerni possint.

SECTIO I.

Vtrum præter distinctionem realem & rationis sit aliqua alia distinctione in rebus.



N hoc titulo duo supponuntur ut certa, & tertium inquiritur. Primo enim distinctione per se notum est, datur in rebus distinctionem realem, quæ a maiorem ex applicationem appellari solet distinctione rei a re, quæ in hoc consistit, quod una res non sit alia, neque contrario: constat autem existere plures res, quarum una omnino non est alia. Solum est obseruandum, interdum res non solum esse sic distinctas, sed etiam non esse inter se unitas, vt sunt duo supponita, vel accidentia quæ sunt in distinctis supponitis, & alia huiusmodi in quibus nulla est difficultas cognoscendi predictam distinctionem, quia nullum est in eis vestigium realis identitatis. Aliquando vero contingit, huiusmodi res sic distinctas esse inter se unitas, vt patet in materia & forma, quantitate & substantia; & in his sepe est difficillimum discerner reali distinctionem, quæ sit rei a re: si potest esse in rebus alia minor illa, quod statim tractabitur, & tunc etiam explicabitur, quomodo sit una distinctione ab alia discernenda.

Illud etiam est in hac distinctione obseruandum, solere distinguiri in positiva, & negativa: quæ partea distinctione non tam ex parte ipsius distinctionis, quam ex parte tremorum eius data est; distinctione enim ipsa formaliter semper in negatione consistit, vt supra dictum est, tamen hæc negatio intercedit aliquando inter res positivas & reales, quarum una non est alia; & tunc dicitur distinctione positiva, & hæc est propria distinctionis realis, de qua nos locuti sumus. Aliquando vero consideratur talis distinctione inter ens & non est, aut inter non entia omnino diuersa, & tunc vocatur distinctione realis negativa: quia unum illorum extremerum